



# Dissertatio juridica inauguralis de repudiis et divortiis

<https://hdl.handle.net/1874/345231>

29.

D I S S E R T A T I O J U R I D I C A  
I N A V G U R A L I S ,  
D E

R E P U D I I S E T D I V O R T I I S ,

Q U A M ,

A N N U E N T E D E O T E R O P T . M A X .

Auctoritate Magnifici D. Rectoris ,

M. JOHANNIS LEUSDEN ,

Philosophiæ Doctoris , & Linguæ Sanctæ in Illustri  
Academiâ Ultrajectinâ Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicī consensu , & Nobilissima

Facultatis F U R I D I C Ā Decretō ,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S

Summisque in UTROQUE JURE Honoribus & Privilegiis

r itē ac legitimē consequendis ,

E r u d i t o r u m Examini subjicit

JANUS à S U C H T E L E N , D A V E N T R I E N S I S .

A . D . 2 . S E P T E M B R I S hora locoque solitis .



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

E x O f f i c i n a F R A N C I S C I H A L M A , Academice  
Typographi, c l o I o c x c i i .

AMPLISSIMIS. GRAVISSIMIS.  
VIRIS.

DOMINIS.

D. GERARDO. à SUCHTELEN.  
INCLYTAE. DAVENTRIENSIS. REIPUBLICAE.

CONSULI.

COLLEGII. ARCHITHALASSICI. QUOD. VIGET.

AMSTELODAMI.

ASSESSORI.. SPECTATISSIMO.

PARENTI. SUO.

PER. TOTUM. VITAE. CURSUM. OMNI. PIETATIS. GENERE.

HONORANDO. COLENDO.

NEC NON

D. G I S B E R T O. C U P E R O.

PERMAGNO. LITTERATI. ORBIS.

ORNAMENTO.

LAUDATÆ. REIPUBLICÆ.

CONSULI.

SIMULQUE. QUONDAM.

ANTIQUITATUM. HISTORIARUM. LINGUARUM.

IN. EJUSDEM. GYMNASIO.

PROFESSORI. EXCELLENTISSIMO.

NUNC

NUNC

CONCESSUS: ILLUSTRISSIMORUM. AC. PRÆPOTENTIUM.

FOEDERATI BELGII.

ORDINUM.

MEMBRO.

PATRIÆ. PATRI.

EX. UXORE. PATRUO.

IMPULSORI. STUDIORUM. MEORUM.

FIDELISSIMO.

PRO. SINGULARI. BENEVOLENTIA. ET. INGENTIBUS. BENEFICIIS.

PER. OMNES. DIES.

SUSPICENDO.

*Hanc inauguralement dissertationem*

Consecrat

JANUS à SUCHTELEN.



## PRO O E M I U M.



Uoniam in omnibus Athenæis hodie  
viget celebris ille mos , nullius nomen  
in Doctorum albo posse inscribi nisi  
specimina quædam istius doctrinæ ge-  
neris , cui incubuit , edat , dicturum  
de REPUDIIS ET DIVORTIIS , una  
ex quatuor mihi ab ILLUSTRISSIMO ACADEMIÆ  
SENATU præscriptis materia , proposui . Verum cum  
cujusque rei originem spectandam esse moneat Jurecon-  
sultus in . l . i . ff . de Orig . jur . non inutile fore , arbi-  
tror , ut SPONSALIA , cum juxta . l . 13 . § . 3 . ff . ad  
l . Jul . de adult . Spes matrimonii dicantur , & quæ  
ad eorum celebrationem pertineant , nec non veterem  
nuptiarum ritum perspiciamus , ut tanto faciliori opera  
colligere possimus , quem locum sibi vindicent REPUDIA ,  
ac ad quas res spectent DIVORTIA .

D I S .

DISSERTATIO JURIDICA I

INAUGURALIS  
DE

REPUDIIS  
ET DIVORTIIS.

C A P . I .

D E S P O N S A L I B U S .

S. I.

PONSALIA sunt mentio & re promissio Sponsalia-  
nuptiarum futurarum ; teste Florenino in rum defini-  
l. i. ff. de Sponsal.



§. II. Sola mentio non sufficiebat, quip- Illorum  
pe mentio est primus sermo , & tracta explicatio.  
tus de nuptiis contrahendis ; non vero  
contractus ullus , ideoque dicit Jure-  
cons. & re promissionem ; quamquam in  
Graco textu , qui extat in Synopsi Basiliën  
lib. XXVII l. tit. I. cap. I. inveniatur μνημη ἡ ἐπαγέλτη , mentio &  
promissio ; quo nomine plerumque significatur nuda cautio , sive  
promissio stipulanti facta , non datis fidejussoribus , uti anno-  
tat Cujac. in parat. Cod. ad b.t. Aliquando tamen fidejussores  
posse accedere huic stipulationi , docet nos Servius ad lib. x.  
Æneid. vers. 79. Ante usum tabularum , inquiens , matrimonii  
cautiones sibi invicem eminabant , in quibus spondebant , se consen-  
tire in jura matrimonii , & fidejussores dabant. Utitur & JCtus  
dictionibus nuptiarum futurarum. Per magna ex hisce inter Differentia  
sponsalia & nuptias colligenda est differentia , quæ non tantum inter Spon-  
nec Græcis , cum aliud illis est μνημη nuptias ambire ; aliud nuptias.  
μνημη uxorem ducere : Nec in sacris paginis , Deut. xx. vii.

6 DISSE<sup>T</sup>RAT<sup>O</sup> JURIDICA

*Matth.* I. 18. quod & observat *Berz* in *tr. suo de Repud.* § Divort. pag. I. Verum etiam nec Romanis incognita fuit. Jure enim Romano Sponsalia verbis futuris, veluti *ducam te in uxorem;* *eris mihi uxor,* ut monet *Perez.* ad tit. de *Sponsal.* Nuptiae verbis in præsens tempus conceptis, ut *Accipio te in virum;* *Accipio te in uxorem,* contrahebantur, testantibus *Duaren.* ad tit. *solut. matrim.* cap. I. *Barnab. Briffon.* in *tr. de formulis* pag. 543. Hinc apparet, a jure Romano civili plane aliena esse illa Canonum *Sponsalia de præsenzi,* illaque magis nuptias quam *Sponsalia* appellanda esse, cui adsentiri videtur *Covarr.* ad lib. IV. *Decretal.* cap. I.

*Sponsalio-*  
*rum ety-*  
*mologia.*

*Unde nata*  
*est Sponsi*  
*Sponsæ-*  
*quæ appel-*  
*latio.*

§. III. Hæc dicta sunt Auctore JCto Ulpiano a *Sponden-*  
*do,* quia Veteribus moris erat futuras uxores sibi spondere &  
stipulari l. 2. ff. de *sponsal.* Hinc Sponsi Sponsæque nata est ap-  
pellatio, uti ajunt *Idem Florentinus* in l. 35. ff. eod. *Varro lib. v.*  
*de Ling. Lat.* pag. 59. ac ex *Servio Sulpicio Aulus Gell. lib. iv.*  
*Noct. Att. cap. iv.* *Qui uxorem, inquit, ducaturus erat, ab eo,*  
*unde ducenda erat, stipulabatur, eam in matrimonium ducum-*  
*iri; qui daturus erat, uidem spondebat. Is contractus stipulationum,*  
*sponsionumque dicebatur Sponsalia s. ium quæ promissa erat, Sponsa*  
*appellabatur, qui sponderat ducaturum Sponsus.* Quem locum  
etiam adducit *Alciat. lib. i. Parergon cap. 2.* cum dicit, hæc  
dicta esse à Sponsore, qualis dicitur is, qui pro alio promis-  
tit; quam sententiam admitti posse putat *Covarr. d. loco.*

*Quo mo-*  
*do olim*  
*contrahe-*  
*bantur*  
*Sponsalia.*

§. IV. Certa circa hæc contrahenda Veteres utebantur for-  
mulæ, cujus adhuc nobis relicta sunt vestigia apud *Plant. in*  
*Curcul. Act. v. Sc. ii. vers. 74.*

*Sponde ne miles mihi banc uxorem?*  
*Spondeo.*

In *Trinummo* *Act. ii. Sc. iv. vers. 98.* & seqq. *I* solloq.  
*Sine doce posco tuam sororem filio.*  
*Quæ res bene vortat! habeo' pactam?*  
*Quid taces?*

*Pro Di immortales, conditionem quojusmodi!*

*Quin fabulare, Di bene vortant! Spondeo.*

Et in vers. 170. & seqq. ejusdem *Act. & Sc.*

*Nunc tuam sororem filio posco meo.*

*Que*

INAUGURALIS

8

*Quae res bene vortat, quid nunc? etiam consule  
Quid istuc? quando na vis, Di bene vortam!*

*Spondeo.*

Et similiter *Act. v. Sc. ii. vers. 33. D. Comæd.*

*Sponden ergo tuam gnatum uxorem mihi?*

*Spondeo.*

§. V. Qua stipulationum sponsonumque formula observata conventionibusque Sponsalitiis (de dote scil. donationibus propter nuptias & arrhis Sponsalitiis) factis ac in tabulas re-latis (quæ Nuptiales vocabantur, uti constat ex *I. 9. C. de Sponsa.* *Nuptiis. Apul. Apolog. 2. Habet, ait, Amiliane, causam totam, cur tabule nuptiales inter me & Pudentillam non in oppido sint, sed in villa urbana confignata.) nec non illis signatis (à decem nem-pe testibus, ut per Ambrosii locum adstruere conatur *Fr. Hotm. in tr. de Spons.* quod plerumque post contractum matrimoniū fieri solebat, teste *Scævola in L. Seja*, quæ est 66 ff. de *Donat. inter vir. & ux.* Quod facit illud *Juvenal. in Sat. 11. vers. 119.**

*Signata tabula: dictum feliciter.) Virgo, quæ mentione nuptiarum tantum facta & adhuc non promissa Sperata (de qua apud *Plant. in Amphitr. Act. II. Sc. II. vers. 44.**

*Amphitruo uxorem salutat letus speratam suam.* *III. 2. VII. 2.* Eundem in *Pænulo Act. v. Sc. iv. vers. 97.*

*Sperata salve.) ac nuda interposita conventione Pacta dicta (de quæ *Tacit. lib. 2. Ann. c. 43. Silani, inquit, filia Neroni vetustissimo libero-rum pacta est.) dicebatur Sponsa; quam distinctionem haud ineleganter tradit *Arnob. adv. gent. lib. IV. pag. 140. Habem***

*ait, speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus Sponsas.*

§. VI. Caeterum succidente tempore necessaria non fuit Stipulatio-  
illa stipulationum interventio; quoniam sufficit nudus con-  
sensus ad constituta Sponsalia, sicut indicat *I. 4. pr. ff. de*

*Sponsal. quapropter secundum *Cajac. in parat. Digest. ad in. de* Sponsali pactiones potius sunt, quam contractus, licet nomen vetus retineant. Nee amplius desideratur, ut tantum fiant inter prælentes, *Agr. I. ff. de Verb. Obl.* Inter absentes enim*

etiam

## 8 DISSERTATIO JURIDICA

etiam juxta l. 4. §. 1. l. 5. & ult. ff. de Sponsal. fieri possunt, modo iis de illis non alienum sit, ratumve postea habeant. Ac nihil interest teste *Paulo* l. 7. pr. ff. eod. utrum testatio interponatur, an quis sine scriptura spondeat.

*De Proxeneticis & illorum mercede.*

§. VII. Aderant huic negotio certi quidam homines Proxenetae, antea, ut ex *Val. Max. Lib. 2. Cap. 1. num. 2. & M. Tull. Lib. 1. de Divinat. num. 16.* colligere volunt Eruditi, Auspices dicti, quorum intercessione contractus & nuptiae conciliabantur. Hi præstito officio mercedem *Proxeneticum* appellatam accipiebant, cui modum postea imposuit Justinianus constitutione quadam Græca, quæ jam est l. 6. C. de sponsal. quam integrum ex *Basilicis* restituit *Jacob. Cujac. in Lib. Observat. xi. Cap. 18.* ut, si pactum intercesserit, non ultra vicesimam partem dotis & donationis ante nuptias exigere possint, ita tamen, ut si vicesima excedat decem libras auri, non ultra decem libras sibi caveant: minus vero, si quidem volunt, ut accipiant, liberum ipsis est. Itaque si dos fuerit ducentarum librarum auri, decem rectè sibi cavebunt; si trecentarum, etiam decem non xv. sibi rectè cavebunt. Quod si plus ea quantitate acceperint, id per conditionem indebiti restituere coguntur, quæ datur heredi & contra heredem, & insuper pœna decem librarum auri puniuntur.

*Personæ contrahentes.*

§. VIII. Contrahuntur sponsalia juxta *Paulum* ab iis, à quibus & nuptiae contrahi possunt l. 60. §. 5. de Riu Nupt. Et vice versa, qui à nuptiis, illi quoque à sponsalibus repelluntur. l. 16. ff. de Sponsal. Nihilominus tamen quidam inveniuntur, qui quidem Sponsalia, at non nuptias rectè contrahunt, ut Provinciarum Præfides; Viduae intra annum luctus l. 38. ff. de Riu Nupt. l. 10. ff. de his qui not. inf. & impuberis septennio majores, cum in Sponsalibus etas contrahentium definita non est, ut in matrimonii, ut loquitur *Jurisconsultus Modestinus* in l. 14. ff. de sponsal. quapropter à primordio etatis sponsalia effici possunt, si modo id fieri ab utraque parte intelligatur: quem intellectum certis determinat annis, cum dicit, id est, si non sint minoris quam septem annis. Ante septem itaque annos infantes, dum intelligere non præsumuntur, quid agatur, consensum, qui præsupponit intellectum, omnino præstare non possunt; atque hinc

*Quando contrahere possunt.*

## INAUGURALIS. 9

hinc est, quod refert Clem. Lib. I. Pedag. c. 9. Græcos scil. infantem & stultum dixisse *inventor*. Non valent igitur etiam sponsalia à Parentibus de infantibus in cunis degentibus contracta; quamquam sæpiissime fieri solere tam apud Romanos, quam alias gentes, multa nos docent exempla. Deidemia Pyrrhi soror desponsa erat Alexandro Alexandri M. & Roxanis filio infanti. *Plut.* in *Pyrho* pag. 384. L. F. Augustus sponsam habuerat adolescens Publii Servilii Isaurici filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio & postulantibus utriusque militibus, ut & necessitudine aliqua jungentur, privignam ejus Claudiam, Fulviæ ex Pub. Cludio filiam, duxit uxorem nondum nubilem, ut istis verbis refert *Tranquill.* in *Olt.* cap. 62. Verum posteà idem Imperator cum perspectum habuisset, talia immatura Sponsalia fieri in fraudem legis Papiæ Poppeæ, ut videlicet maritorum præmiis ea lege constitutis fruantur, voluit licentiam illam coarctare, & certum tempus, quod biennii est, sponsas habendi constituere, cujus constitutionis meminit *Suet.* in *eius vita* cap.

34. quam prolixius Græcis verbis explicat *Dio* pag. 532. quorum sensum latinitate donavit *Barnab.* *Briffon.* in *tr.* suo de *R. Nupt.* cuius verba ita sonant: *Quoniam autem quidam infantes pueras desponentes, præmiis quidem conjugum fruebantur, ceterum effectum rei ē conjugum opus non praestabant, ea sponsalia vires nullas habere constituit, post quæ duobus transactis annis sponsa duci minimè posset: Hoc est, ut omnino decennis virgo desponderetur, se quidem ex ea commodi quid capere Sponsus vellet.* Duodecimo namque anno virgo matura viro ē nubilis existimabatur. Sed non diu Augusti post Octavium vires suas illa retinuit: Claudio enim Imp. Lex à filiam suam Silano nondum puberi despondit, qua de re testis est *Tranq.* locus in *vita Cland.* Cap. 24. quod posterioribus Claudio non obser temporibus per d. Modestini l. 14. ff. de *Sponsal.* iterum mutatum est, quem etiam Imp. Leo in *Nov.* 109. Canonesque in *Causa 30.* *Quæst.* 11. & in *Lib.* IV. *Decretal.* tit. de desponsat. impub. cap. 1, 2, 4, 5, 12, & 13. sequuti sunt, nihilque interest, utrum ambo sint infantes, an alteruter: ab utraque enim parte (ut dictum supra) desideratur intellectus, ac per consequens etiam consensus. *Cap. unic.* eod. in *Lib.* *Decret.* VI.

## 10 DISSERTATIO JURIDICA

Qualis  
consensus  
requiritur.

§. IX. Cæterum non tantum exigitur consensus à parte liberorum, verum etiam à parte parentum, quorum in po-testate sunt constituti. l. 11. l. 13. ff. de Sponsal. l. 2. ff. de Rit. Nupt. Parvi tamen refert, an expressè vel tacitè interponatur, modò hi in liberorum sponsalibus non dissentiant, & illi parentum voluntati non repugnant. l. 7. in fin. & 12. pr. ff. de Sponsal.

In signum Sponsalio-  
rum con-  
tractorum  
dabantur  
arrhæ, ut  
in emptio-  
nibus.  
Arrharum  
nomine  
dabatur  
annulus  
pronubus.

§. X. In argumentum & pignus sponsionis de futuris nuptiis contractæ arrhæ ad exemplum aliorum contractuum, inter quos hæc secundum jus vetustissimum à Servio Sulpicio Narratioque in d. Aul. Gell. loco recententur, à Sponso Sponsæ dabuntur, quæ nuptiis secutis reddebantur, vel in donationem propter nuptias imputabantur, uti afferit Cujac. in Parat. Cod. de Sponsal. &c. Harum nomine dabatur annulus, qui PRO-  
NUBUS dicebatur, quem in digito proximo minimo manus sinistrae & Græci Veteres & Romani gestabant, ut scilicet arctissimo vinculo illorum corda etiam jungerentur, cuius rei causam ab Appione in Libris Ægyptiacis relictam adducit Aul. Gell. In Lib. x. Noct. Att. C. x. Quod, inquiens, insectis aperiisque humanis corporibus, ut mos in Ægypto fuit, quas Græci iveras appellant, repertum est, nervum quendam tenuissimum ab eo uno digito, de quo diximus, ad cor hominis pergere ac pervenire: propterea non inscitum visum esse, cum potissimum digitum tali honore decorandum, qui continens & quasi connexus esse cum principatu cordis videretur. Similiter etiam Macrob. Lib. Saturnal. VII. Cap. 13. Sed, ait, libris anatomiorum postea consultis verum resperi, nervum quendam de corde natum priorsum pergere usque ad digitum manus sinistra minimo proximum, & illic definere implicatum ceteris ejusdem digitii nervis: & ideo visum Veteribus, ut ille digitus annulo tanquam corona circumdareetur. De quo more etiam agit l. 36. §. ult. ff. de donat. int. vir. & ux. Aliquando Interdum res pretio-  
sæ. dabantur monilia aliqua pretiosa, ut invenimus apud Capit. in Maximino Juniore, cum refert, manserunt autem quæcum eam arrha regie, qua tales fuerunt: Monolium de albis novem, reticulum de prasinis decem, dextrocherium cum castula de hyacinthis quatuor, prater vestes auratas & omnes regias, ceteraque insignia Sponsaliorum. Qua de re etiam mentionem facit Cujac. Obser-

vat.

# I N A U G U R A L I S .

*Stat. XI. Cap. 17.* Interveniebat præterea sœpissimè, non semper, ut loquitur Imp. Constantinus in l. 16. C. de donat. ante nupt. osculum, quod multis nationibus religiosissimum erat; quippe per illud resignabatur pudor, ut scribit Tertullian. in Lib. de Virginib. veland. Cap. XI. his verbis: *Si autem ad desponsationem velantur, quia & corpore & spiritu masculo mixta sunt per osculum & dexteras, per quæ primum resignarunt pudorem: Spiritu, per commune conscientia pignus, quo totam condixerunt confusione* &c. Hinc Ovid. Lib. I. Amor. Eleg. IV. vers. 49.

*Oscula si dederis, fies manifestus amator.*

Plura de osculis potentibus consulendi sunt *Salmuib ad Pan-* ciroll. Lib. I. Tu. XVI. Briffon. *Hotmannique in tr. de Riu Nupt.*

Donationes insuper Sponsalitiae accedebant, quæ non tantum dabantur à Sponso Sponsæ, sed & à Sponsa Sponso, quo respicere videtur Varro d. Lib. V. de Ling. Lat. cum dicit, *pecuniam nupiarum causa Sponso promissam appellatam fuisse Sponsam.* Huc etiam spectant duæ istæ Constantini constitutiones l. 15. & l. 16. C. de donat. ant. nupt. in quarum ultima profitetur ipse Imperator, tales tamen raro fieri, cuius rationem suppeditat *Glossator ad l. 4. in fin. ff. ad SCium Vell.* Haec donationes, si darentur, ut nuptiae fiant, nuptiis non secutis repetuntur. l. 2. & l. 7. C. de donat. ant. nupt. At si simpliciter largiendi animo factæ sint, non revocantur, ac dissoluto matrimonio firmæ manent. l. XI. & l. XII. C. eod. tales enim magis benevolentiae, amorisque, quam matrimonii contrahendi causa factæ videntur. Verum cum Constantino Imp. illa Veterum sententia, quæ donationes in Sponsam factas nuptiis quoquè non secutis valere decreverat, displicuerat, jussit in dd. II. 15. & 16. ut, si Sponsus Sponsæ, vel è converso, donet, semper intelligatur dare sub conditione, si matrimonium sequatur; statuitque in eos easve, quorum qualiterum culpa nuptiis impedimentum allatum sit, poenam, de qua inf. ad seq. Cap. de REPUDIIS dicendum erit.

§. XI. Ex hoc veteri Sponsaliorum contractu nascebatur Qualis civilis obligatio ad nuptias perficiendas, atque ex ea dabatur actio nasci actio ex SPONSU dicta, contra eum eamve, per quem quamvis solet ex hoc contractum erat, quo minus nuptiæ sequerentur, ad id quod in tractu.

terest, aut certam summam in stipulationem poenæ nomine deducetam, sicut apparet. ex d. Varr. loco Servique Sulpicii relictis verbis ab Aul. Gell. in citato lib. IV. cap. IV. prolatis, quæ ita se habent: Sed si post eas stipulationes uxor non dabatur, aut non ducebatur, qui stipulabatur, ex Sponsu agebat, judices cognoscebant. Iudex, quam ob rem data accepit ave non esset uxor, quarebat. Si nihil justæ cause videbatur, luem pecunia estimabat, quantique interfuerat, eam uxorem accipi aut dari, eum, qui spoponderat, aut qui stipulatus erat, condemnabat. Hoc ius Sponsaliorum observatum dicit Servius ad id tempus, quo civitas universalis Latium legi Julia data est.

Quam diu  
duravit  
illa.

In quem  
annum in-  
cidit illa  
juris mu-  
tatio.

§. XII. Duravit ergo illa actio, usque dum Latinis bellici Italici extinguendi causa jus suffragii ferendi, petendique magistratus (nempe ut alter Consulum Latinus esset) tributum est lege Julia, lata à L. Jul. Cæsare vel in extremo sui consulatus, occiso in Marsico sive Latino proelio Collega ejus P. Rutilio A. U. C. 10CLXIII. ut Sigan. putat in Lib. de Antiq. jure Latii vel A. post U. C. 10CLXIV. Cn. Pomp. Strabone & L. Porcio Cat. Cos. cum Censor fuit, ut observat Pyggius in lib. Annal. Rom. xv.

Romano  
utuntur ju-  
re Latini,  
ex quo  
nulla daba-  
tur actio.

§. XIII. Ab illo igitur tempore illud Latinorum jus in desuetudinem abiit, ac Romanorum ad illos pervenit, ex quo nulla civilis efficax obligatio, nec inde actio (licet poenalis stipulatio interposita esset. l. 71. §. 1. ff. de cond. & demonstr. l. 2. C. de inutil. stipul. l. 134. pr. ff. de V. Obl. ut scilicet libera esset contrahendi potestas, & coacta matrimonia, quæ frequenter difficiles sortiuntur exitus, impediantur. l. pen. in fin. C. de Sponsal. l. 12. l. 14. C. de Nupt.) oriebatur contra eam, qui quæve sine justa causa Sponsalia remiserat, unde libera facta esse videtur renunciatio, quæ Veteribus REPUDIUM dicta fuit; quò respexisse videntur M. Varro in d. lib. v. de ling. Lat. pag. 59. cum refert: Non enim, si nolebat, dabat, quod Sponsu erat alligatus. & suis temporibus Imp. Diocletianus & Max. uti constat ex ipsorum constitutione. l. 1. C. de Sponsal. cuius hæc sunt verba: Alii despontata, renunciare conditioni, & nubere alii non prohibentur.

## C A P. II.

## DE REPUDIIS.

§. I. Postquam dictum est hactenus, de Sponsalibus, & qualem ritum circa illa contrahenda observarunt Veteres, requirit propositæ materiæ ordo, ut jam explicemus, quo modo dissolverentur.

§. II. Solvuntur itaque Sponsalia REPUDIO, quod dici potest, quod sit dissolutione Sponsaliorum, ut DIVORTIUM matrimoniorum. Hinc dicunt Jureconsulti Modestinus in l. 101. ge à Divor. §. I. ff. de verb. sign. Divortium inter virum & uxorem fieri dicuntur: Repudium vero Sponse remitti videatur. Et Paulus in l. 191. ff. eod. Inter divortium & repudium hoc ineret, quod repudiari etiam futurum matrimonium potest: Non recte autem Sponsa divortisse dicitur. Repudium ergo proprie ad Sponsalia pertinet, etiamsi saepissime pro divortio sumitur, ut apud Tranq. in Jul. cap. 1. Corneliam Cinna quater consulis filiam duxit uxorem, ex qua illi mox Julia nata est: neque, ut repudiaret, compelli a Dictatore Sylla ullo modo posuit. Idem in Claud. cap. 26.

§. III. Hoc ita appellatum est, Auctore Festo in voc. Repudium, quod sit ob rem pudendam; quia scilicet tam arcta honestaque inter contrahentes fit conjunctio, quæ sine aliqua pudoris rejectione sive jactura dissolvi non potest. Wesenb. par. 6. Unde suam acceperit originem nomen re-

rat. de divort. & repud. §. 6.

§. IV. Hujus an Moses, aliasve fuerit auctor, nec ex Sa- Repudii cris paginis, nec ex Veterum relictis monumentis certè con- origo. stat. Suspiciari tamen licet, Mosen, cum in Deuteron. cap. 24. vers. 1. Judæis à matrimonio consummato recedere permisit, etiam dedit libertatem recedendi à Sponsalibus, dum tantum spes sunt matrimonii, ut dicitur in d. l. 13. ff. ad Jul. de Adult. ac idcirco nulla tam magna pro Sponsalibus quam matrimonio perfecto non dissolvendo militat ratio; unde juxta Ulpianum in l. 21. ff. de Reg. jur. dici posset, Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere. Dubium verò non est, an apud Judæos Sponsalia per REPUDIUM dissol-

vi possent. Satis enim locuples hac de re testis est illud Iosephi exemplum apud *Matth. cap. 1. vers. 19.* Mariam ipsi sponsatam clam repudiare volentis: At, ut recte apud illos fieret repudium, desiderabatur **LIBELLUS REPUDII**, quod apertissimè Rabbinorum *Aquila Moses ben Maimon in Halech. Ischotb. cap. 1. §. 3.* declarat *Hebraicis verbis*, quæ in Latinum transfudit sermonem *Permagnus* in hoc saeculo *Theologus* nec non meliorum litterarum non minus grande decus Antonius Bynæus in tr. suo de *Natali Jesu Christi lib. 1. cap. 11. num. X.* Posteaquam, inquit, acquisiita est mulier, & facta sponsa, licet nondum vel a marito cognita, vel in domum ejus sit deducta, revera est uxor viri, & qui rem cum ea habet, exceptio ipsius marito, reus moris est domui judicij: Quod si voluerit eam repudiare, neesse est, ut id fiat libello repudiū. Sponsa itaque apud Israëlitas eodem modo repudianda, ut uxor à viro dimittenda esse videtur, de quo modo inspicendum est. *Deuter. cit. laco.*

Quando  
primum  
Romæ fa-  
ctum est.

Quomodo  
dissolve-  
bantur.

Quibus ex  
causis fieri  
solebat.

§. V. Apud Judæos illud non tantum, verum etiam apud Romanos haud incognitum fuit: sed quando Romæ primum accidit, liquido non appetet.

§. VI. Romani, uti Sponsalia adhibitis stipulationibus vel mutuis promissionibus contrahebant, ita etiam adhibitis certis verbis vel formulis dissolvebant; qualia hæc erant: **CONDITI**  
**ON** **TU** **A** **NON** **UTOR**, ut patet *ex l. 2. §. 2. ff. de Divort. & Repud.*

§. VII. Apud Veteres siebat hoc nullam vel minimam ob causam privato alterius partis arbitrio, altera etiam invita, cum tota res in ejus arbitrio esset, qui nuntium remittebat. Deidem Pyrrhi soror, quæ Alexandro desponsata erat, Demetrio postea nupsit. *Plat. teste in d. supra in §. 8. pree. cap. loco.* C. Jul. Cæsar Cossutiam ex equestrí familia, sed admodum divitem, sibi Prætextato desponsatam dimisit. *Tranq. in ejus vita cap. 1.* Augustus Claudiam intactam adhuc & virginem, simultate cum Fulvia socru exorta, dimisit. *Idem in Octav. cap. 62.* Claudius Æmiliam Lepidam Augusti proneptem, non alia de causa, quam quod parentes ejus Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit. *Idem in Claud. cap. 26.*

§. VIII.

§. VIII. Eadem illa renunciatio temporibus Imp. Hadriani (mortui A. Mundi M. M. M. M. **XXCVII.** U. C. **1000CIX.** post Christ. **CXXXVIII.**) & Antonini Pii, qui Apud quos  
éum statim exceptit, non prohibita mansit, quod ostendit rebus  
Gaij *J.Ci lex*, quæ est 2. & *Istius §. 2.* & 3. ff. de Divort.  
& Repud. (quem tum maximè vixisse, indicat 1. 7. ff. de reb.  
dub. & liquidò colligitur ex l. 42. ff. de donat. int. vir. & uxor.)  
duravitque non tantum per tempora Imp. Valeriani & Gallieni, ut illorum demonstrat constitutio. l. 2. C. de Repud.  
lata Fulvio Æmiliano & Pomponio Basso Coss. ut patet  
ex subscriptione d. l. Quorum consulatus secundum Seib. Cal-  
vis. in opere suo Chronol. incidit in A. à condito mundo  
M. M. M. M. **CCVIII.** post. U. C. M. **XI.** & Christ. nat. **CCLIX.**  
anno videlicet imperii illorum v. Nam à Valeriano Patre  
Gallienus in imperii consortium adscitus est A. C. **CCLIV.**  
Verum etiam per ætatem Diocletiani & Maximiani, ut patet  
ex illorum rescripto. l. l. C. de Sponsal. sed sine die. & Consu-  
le; in Imp. Leonem & Anthemium, qui effrenem illam  
repudiandi licentiam juxta d. Seibi Calv. computationem in d. op. Illanimitas  
A. Mundi M. M. M. M. **CCCCXVIII.** ab U. C. **MCCXXI.** post laxata re-  
Chr. nat. **CDLXIX.** Fl. Iaurico & Fl. Martiano Cossi per pudiandi  
l. que jam numeratur 5. C. de Sponsal. compescere voluerunt, licentia co-  
statuentes ad exemplum juris vetustissimi poenam, si à Spon-  
salibus sine justa renuntiandi causa recedatur.

§. IX. Impunè itaque secundum d. legem à sponsalibus re-  
cedere quis potest; si sponsus sit turpis persona, quo & facit  
l. **xii.** in fin. ff. de Sponsal.

§. X. Si sponsus post contracta sponsalia impudicam con-  
versationem cum alia habuerit: minime vero, si ante con-  
tracta sponsalia refertam libidinibus vitam degerit, arg. ejus-  
dem l. quamquam Sponsus ob talem causam Sponsam dimittit  
tere posset; cum in sceminiis virginitas maxima censeatur  
virtus, & à parte Sponsi non, ut à parte Sponsæ timenda  
sit proliis incertitudo, ac proinde multo foedior libido in-  
tuitur. Sponsa, quam in Sponso; quapropter etiam leges in isto vi-  
tii genere magis viris quam sceminiis indulgere viden-  
tur.

Si

## DISSERTATIO JURIDICA

Si non ea- §. XI. Si diversitas religionis post contracta sponsalia ap-  
dem sit re- pareat; veluti si Christiana cum Judæo, uti quondam in  
ligio inter veteri testamento Judæus cum aliis extraneis populis, quod  
contrahe- videre est *Exod. Cap. 34. vers. 15.* & seq. *Deuter. Cap. 7. vers. 3.*  
tes.

*& 4. 1. Reg. vers. 1, 2.* contraxerit sponsalia, quod adfirmatur per *l. 6. C. de Jud.* & *Cœlic. L. si legibus 17. C. de episc. and.*  
*Nov. Leon. 93.*

Si Sponsus §. XII. Si sponsus quasi vir coitum (ex quo spes sobolis  
ea, que oritur) propter naturalem imbecillitatem facere non potu-  
viris à na- erit. Verum antequam ob istam rationem fiat repudium,  
tura data sunt, agere voluit *Imp. Justinianus per l. 10. C. de Repud.* ut ab initio ma-  
non potest. trimonii biennium continuum exspectaretur, quod posteā

Idem Imperator edoctus, quosdam amplius quam biennium  
temporis non valentes postea potentes ostensos ministrare  
Justiniani triennalis extensio. filiorum procreationi, ad triennium extensis in *Anth.* &  
*bodie C. de Repud.* & *Nov. 22. Cap. VI.*

Quam diu- §. XIII. Eiusdem etiam juris est, si Sponsa arrhis datis per  
Sponsa biennium in eadem provincia, per triennium in alia exspe-  
Sponsum taverit Sponsum *l. Si is C. de Sponsal. l. Liberum eod. de Repud.*  
exspectare nisi tamen alia justa sit differendi causa, quo casu etiam  
debeat. ultra triennium extendi potest, uti declarat *J. Cius Gajus in*  
*l. 17. ff. de Sponsal.* *Sape, inquiens, justa ac necessaria causa non*  
*solum annum, vel biennium, sed etiam triennium, & quadrien-*  
*nium & ulterius trahunt Sponsalia.*

An error in §. XIV. Cum in Sponsalibus ut in nuptiis desideretur con-  
persona sensus *l. xi. ff. de Sponsal.* dubium non est, quin Sponsalia  
vitiat con- per errorem personæ contracta non valeant; Nihil enim effica-  
tractum conjugia- cius adversatur consensui, quam error, uti scribit à Juliano  
conjugalem. *J. C. Ulpianus in l. 15. ff. de jurisd. adductus:* *Non, inquit, con-*  
*sentient, qui errant: quid enim tam contrarium consensui est, quam*  
*error. quibus convenit l. 116. §. 2. ff. de Reg. Jur.* Is ergò, qui  
contraxit cum Gaja credens eam esse Semproniam, quam  
perditè amabat, minimè consentit in Gajam; cuius rei no-  
bis etiam per Mosen relictum est exemplum *Genes. Cap. 29.*  
*vers. 25. de Jacobo, cui Lea, cum esset major nata, pro*  
*Rachaële sibi desponsata à patre ejus Labane tradebatur.*  
Verum si quis erraverit in nomine, cum de persona certo  
con-

constet; veluti si quis putaverit, Gajam dici, quæ vocabatur Sempronia, dubium non est, quin valeant. *I. 9. §. 1. ff. de contr. empt.* Cujus etiam juris est, si contraxerit quis cum paupere, vel humiliore loco natæ, quam divitem & multarum imaginum esse credebat; in quo consentit præter alios etiam *Covarr. de matr. part. 2. cap. 3. §. 7. num. 2.* Nam facile sciri talia possunt, nec pertinent ad substantiam matrimonii; quippe nuptiæ sine dote esse possunt, quod patet ex *I. fin. C. de donat. ani. nupt.* ideoque *amicuque contra henni sibi imputare debet, quod conditionem non melius inquisierit.* *I. qui cum alio 19 ff. de Reg. Jur.*

**§. XV.** At major differentia est inter *Dd. de errore cif- ca virginitatem* veluti *S: Tuius*, *cum Merita virginitatis, quam virginitatem utrum* *antum abbat;* per errorem contraxerit *Sponsata;* quod affir- *mant illi, qui hunc substantialem ponunt, & diserte negant* *Canones Cap. un. causa 29. Quest. 1. in fin.* & præter illos etiam *Tulden. ad tit. Cod. de Rep. §. 5. Wiesnb. Paral. de riu nupt. §. 8.* Verum magis admittenda esse videtur negantium quam ad- affirmantium sententia: Nam si *Substantia est error, sequeretur, eundem reddere contractum nullum.* Sed salvo ma- trimonio virginitas abesse potest. Alioquin enim, si quis viduam pro virgine, vel meretricem sciens sibi adjunxerit, matrimonium subsistere non posset; unde probabilis est, errorem illum esse *accidentalem*, & contractum per illum non fieri ipso jure nullum. Nihilominus tamen, etiæ ac- cidentalis sit, repudii causam præbere potest, quod adfir- mari videtur (1) per *Deuter. cap. 22. vers. 25, § 21.* ubi ex Dei voluntate repudium non tantum permittitur, sed & compressa ab alio lapidibus obrui jubetur. Quæ lex, quam- quam Christianis temporibus nos non obligare, nec illa tam dura poena antea proposita postea recepta videatur; ea- tenus tamen nos obligat, quatenus fundamentum habet in ratione naturali; vel saltem nos docet severam illam Dei voluntatem, munit conscientias hominum facique judices certos, illos facere secundum beneplacitum Jehovæ. (2) Quod, licet emptio corruptæ mulieris, cum virgo putabatur, stricto jure civili firma sit, *I. xi. §. 1. ff. de contr. empt.*

attamen ob justum errorem agi potest ad resolvendam emptiōnem, ut pretio restituto mulier velut inempta reddatur. l. xii. §. 5. ff. de act. empt. (3) Per verba Nov. Leonis Imp. 93. quae ita sonant: *Quomodo vera Sponsalia sunt, in quibus nihil verum, neque genuinum conspicitur? ubi meretricium se offert scelus, ubi causa sunt dissidiorum & odii, ubi animorum alienatio (que mala acervat omnia pariter cum peregrino alieno que semine suscipiantur) quomodo ibi matrimonialis concordia, quomodo purus Sponsalisque est amor?* Quin ut quipiam alterius factum sibi subjiciat; id vero ratio non patitur. Adde Bezae de Repud. pag. 93. Bezae de matr. part. 2. cap. 34. & 35. Cautē tamen procedendum, nec facile repudium permittendum est; sed omni modo tentanda est reconciliatio, quæ si omnino locum sibi vindicare non potest, ad dissolvenda Sponsalia eundum est. Qualis sententiaē mente Junio Anni post SERVATOREM MDCXIV. latæ meminit Carpz. part. IV. Definit. Forens. const. 20. definit. 12.

*An Spon-  
falia vi vel  
metu con-  
tracta dif-  
solvi pos-  
sint.*

§. XVI. Cum nihil tam contrarium sit consensui, quam vis atque metus, juxta l. 116. pr. de Reg. jur. dicendum est, Sponsalia per vim aut metum contracta nullius esse momenti, modo metus si justus, b. c. qualis in prudentem ac constantem hominem cadere potest; veluti mortis, cruciatus corporis, pudicitiae & similis. At, si homo dives videat, sibi instare periculum amittendi magnam argenti quantitatem, si Meviam non in uxorem sumat, & amore pecuniae impulsus id agat, non censetur esse talis, qualis in prudentem & constantem virum cadere potest; ac proinde vanus, cuius excusatio minime est admittenda. l. 184. ff. de Reg. jur. Covarr. de matr. part. 2. cap. 3. §. IV. num. v. Idem judicium est, si metus sit reversionis. l. 22. ff. de rit. nupt.

*An propter  
interveni-  
entem fu-  
rorem Re-  
pudio lo-  
cus sit.*

§. XVII. Postulat etiam ratio, ut, cum furiosis nullus sit consensus, Sponsalia cum furiosis personis, aut una sanac mentis, altera furiola, contracta sint irrita; nisi lucida habeant intervalla, atque sponsionis tempore nemo contrahentium furore correptus sit; tunc enim ad pristinam mentis sanitatem reversi videntur, ac proinde consensum adhibere possunt. l. 8. ff. de Sponsal. l. 16. §. fin. ff. de rit. nupt. Verum si Sponsalibus à sanis hominibus contractis, alter contrahentium fu-

rore

rōre corripiatur, quæri potest, an Sponsalia infirmantur? Quod disertè negant Dd. per d. l. 8. Sed Beza in *tr. de Repud.* pag. 96. & seqq. *Benf. de Sponsal. part. I. cap. 20.* Gravibus argumentis Imp. Leonis in *Nov. cx i.* & seqq. prolatis persuasi putant, illa esse rescindenda, quia neque sacra benedictio peti, neque matrimonium rite & honeste consummari potest. Verum tamen, antequam ad dissolutionem procedatur, tentandis omnibus mediis per triennium, quadriennium vel ulterius exspectandum est; quod referri posset d. illud *Cit. Gai. responsu* l. 17 ff. *de Sponsal.* Cujus hæc sunt verba: *Sape justæ, ac necessaria cause non solum annum, vel biennium sed etiam triennium vel quadriennium, & ulterius trahunt Sponsalia; veluti valerudo Sponsi, Sponsæve.* Ut scilicet in tanto temporis spatio de Dei voluntate certò constet, utrum hominem isto perpetuo impedimento laborare, ac sic quodammodo contractum solvere, an vero illum ab illo liberare vellet.

§. XVIII. Quæ dicta sunt de furore etiam locum habent in omnibus iis impedimentis, quæ alteram personam contrahentium ad promissionem Sponsalium implendam minimè habilem faciunt. Hinc si quis eorum paralysi insanibili & totum corpus planè enervante; vel lepra immedicabili & contagioso, quæ ab *Horat. de art. poët. vers. 453.* *Mala Scabies* dicuntur, uti appareat ex istius verbis:

*Ant mala que Scabies, aut morbus regius urget.*

vel simili labore morbo, & alter id ignoraverit; aut contractis Sponsalibus, matrimonio tamen nondum consummato, tali morbo corripiatur, alter ad nuptias exsequendas non tenetur, quod jus Canonicum, quamquam regulariter repudium non permittat, sed Sponsum & Sponsam matrimonium implere cogit per *cap. ex literis 10. de Sponsal.* tanquam justam causam comprobat in *cap. litteras ult de conjung. Leprosor.* Quis enim non abhorret Leprosorum conjugium, cum a Leprosis inutiles Reipublicæ & totius generis humani detimento concipiuntur partus, dum natura, ut ait *Imp. Leo in Nov. cx i.*, *fructus rebus, ut plurimum, assimilare soleat?* Tales non tollebant, sed in locum voraginosum, quam Apothetas appellabant, propè Taygetum Laconiæ montem Libero Patri

sacrum, amandabant Spartæ, referente P. in Lycurgo pag. 49.  
L. P. De his & pluribus exceptis causis consulendi sunt  
Duar. solui. marr. §. u. Beza in d. tr. pag. 69. & seqq. Alber. Genit.  
lib. 6. de nuptiis cap. 19.

Repudii  
Pœna.

§. XIX. Pœna sine justa causa discedentium civili jure est,  
quod Sponsus, si per eum fuerit, quo minus conficeretur  
matrimonium, amittat arrhas instar emptoris, qualis est fa-  
turae uxoris, ut loquitur Permagnum ille *J. C. Jacobus Cujac.*  
*in Parain. Cod. ad tit. de Sponsal.* Sponsa vero si legitimæ ætatis  
sit, duplicas, imò quadruplicatas, si ita specialiter conven-  
tum sit, restituat; si minor sit, solum eas, quas recepit. *d.*  
*l. 5. C. de Sponsal.* Si neutrius culpa fiat, quo minus exse-  
quantur Sponsalia, cessat pœna. *l. 3. C. cod.* Verum aliter  
circa largitates Sponsalitas, cum in iis nulla dupli habeatur  
ratio, observatur, ut colligere est *ex constituzione Imp. Constan-*  
*tini l. 15. C. de Donat. ante nupi.* Sponsus enim, si ejus vel  
ipsius parentum culpa non perficiatur matrimonium, id, quod  
Sponsæ donaverat, repetere non potest; Si Sponsa aut ejus  
parentes causam præbeant, tunc Sponsus, vel ejus hæredes  
per conditionem, vel uilem in rem actionem sine ulla diminu-  
tione repetere possunt, quod donatum est. Si vero casu &  
non per pœnitentiam contingat, statuit *Idem Imp. in constit.*  
*seq.* quod Sponsus, si osculo interveniente Sponsæ aliquid de-  
derit, dimidiam partem ejus perdat, quam tanquam osculo  
redemptam, ut *Sicard. l. 16. C. de Donat. ante nupt. num. alt.*  
adsignat, Sponsæ sibi, eretto è rebus humanis Sponso, aut  
Sponsæ hæredes, ea mortua retinebant. At osculo non adfixo,  
cessat illa pœna, ac infirma est donatio. Quod si Sponsa  
Sponso aliquid donaverit, & ante nuptias Deus hunc vel il-  
lam a statione vitæ decidere justerit, totam donationem re-  
petit Sponsa vel ejus successores, nulla habita ratione, an in-  
tercesserit osculum nec ne.

An dupli  
quadrupli-  
que exactio  
non sit  
contra  
naturam  
conjugalis  
contractus?

§. XX. Sed occasione hujus pœnae inferri potest, cur,  
quum omnem pœnae adjectionem Sponsalia matrimonium-  
que contrahendi libertas respuit, ut dictum supra cap. 1. §.  
13. per *l. Tisia 134. de verb. obl.* dupli tamen quadruplique  
exactio licita sit? Rationem hujus rei nobis suppeditat *Dua-*  
*ren.*

ren. ad memor. L. Tita. Arbae, inquit, dantur, pena promittitur, ac cautiores homines esse solent in dando, quam in promittendo. Quæ solutio etiam arridet Sichard. ad Laud. l. 5. C. de Sponsal. num. 22. & seqq. Tuld. ad tit. C. eund. num. IV.

## C A P. III.

## DE RITU NUPTIARUM.

§. I. **S**PONSALIBUS PER REPUDIUM non interruptis nuptiis dictebatur dies; unde Terent. in Andr. Act. 1. Sc. 1. vers. 75.  
*Hic nuptiis dictus est dies.*

§. II. In constitudo illo nuptiarum die magna cura Veteribus erat, ne istæ fierent Calendis, Nonis & Idibus, quibus, cum exceptis Nonis festi sunt, vim cuique fieri nefas erat; quapropter virginum nuptiæ, quasi in iis vis ipsis nuptiis adhibebatur, vitabantur: Viduarum vero nuptiis feriati dies non obstabant; quippe credebat Veteres, viduis vim non amplius inferri. Cujus rei evidens satis testis est *Macrob.* lib. *Saturn.* 1. cap. 15. *in fin.* Aliam istius moris causam ex Varrone nobis suppeditat *Plut.* in *Quest. Rom.* tom. 11. pag. 289. L.

*A. Virgines*, prout verba Latinè sonant, inquiens, nubere invitas & tristes; mulieres autem cum latitia: Feso autem die nihil cum molestia, omnia lubenti animo sunt agenda. Aut quia decori est virginibus, nuptias earum multis presentibus peragi, idem que viduis dedecori? Prima enim nuptia optanda sunt & in pretio: Secunda votis recusanda, quod vel cum turpitudine nubunt vivente priore marito, vel cum luctu, si is sit mortuus. Itaque viduae ad suas nuptias quiete magis gaudent quam frequentia hominum & tumultu. Festivitate porro multi iudicinem ad se trahunt, neque nuptias vacare patiuntur. Aut, quia Feso die raptis Sabinis virginibus bellum est exortum, religio ipsis inde fuit, virginum nuptias Festis diebus celebrare?

§. III. Talis non solum dierum, sed & mensium habebatur deleitus. Nubere enim religiosum erat diebus Feralibus, etiam in five Parentalibus, ad sacra Dis Manibus facienda mense FEBRUARIO institutis. Hinc Ovid. hos etiam, postquam dixit, Quidam menses erant.

rit, illos longis bellis deseruisse, sub hoc mense refert lib.  
Fast. 2. vers. 555. & seqq.

*Post ea preteriti tumulis redduntur honores;*

*Prodigiisque venit funeribusque modus.*

*Dum tamen hac fiunt, vidua cessare pueræ:*

*Exspectet puros pinea tada dies.*

*Nec tibi, qua cupida matura videbere matri,*

*Comat virgineas hasta recurva comas.*

*Conde tuas, Hymenæ, faces; & ab ignibus atris*

*Aufer. habent alias moesta sepultra faces.*

Verum D. Brutus parentare solitus fuit mense Decembri, ut docet *M. Tullius in lib. 2. de legib. num. 21.* *Venio*, ait, nunc ad manum jura, quæ majores nostri & sapientissime instituerunt, & religiosissime coluerunt. Februario autem mense, qui iunc extremus anni mensis erat, mortuis parentari voluerunt: quod tamen D. Brutus, ut scriptum à *Sisenna* est Decembri facere solebat. Hoc idem testatur *Plut.* hunc Ciceronis locum adducens in *Quest. Rom. d. tom. pag. 272. L. C.*

**MARTIUS.** §. IV. Eadem illa superstitione mensem etiam invasit MARTIUM, si nuptiæ fierent iis diebus, quibus per Sacerdotes, aliosque Primores urbis, quos Magister Saliorum diligisset, ancilia per urbem circumferebantur: Omni enim illo tempore tanta religio tenebat homines, ut nihil publicè gereretur, ut ostendit *Lipf. lib. v. Antiq. Lett. cap. XVI.* At anciliis certo ac statu suo die iterum reconditis permisæ erant nuptiæ, undo canit *Ovid. lib. Fast. 3. vers. 395. & seq.*

*Arma movent pugnam, pugna est aliena mariis.*

*Condita cum fuerint, aptius omen erit.*

**MAJUS.** §. V. Mensis item MAJUS nubentibus infaustus habebatur, quo respicere videtur. *Idem Publius in lib. Fast. v. vers. 490.*

*Mense malas Majo nubere vulgus ait.*

Cujus rei ratio fuit, quod Romulus, cum occisi Remi manus placatos vellet, eo mense celebranda instituit sacra, quæ primò REMURIA, posteò ob difficultem pronuntiationem litteræ R. LEMURIA dicta esse, adstruit *Idem Na/o cit. lib. vers. 479. & seqq.*

*Romu-*

*Romulus obsequitur, lucemque Remuria dixit*

*Illam, qua positis justa feruntur avis.*

*Aspera mutata est in lenem tempore longo*

*Littera, qua toto nomine prima fuit.*

*Mox etiam Lemures animas dixerunt silentum.*

*Is verbi sensus, vis ea vocis erat.*

Mensis hujus religionem latè etiam describit *Plut. in Quæst.*

*Rom. d. tom. pag. 284. L. F.*

§. VI. Verum è contrariò omnium mensium nuptiarum solenitates celebrandi *JUNIUS* aptissimus erat, uti videre est apud *Plut. laudatio mox loco & Ovid. lib. vi. Faſt. vers. 221.*

*& seqq.*

*Hanc ego cum vellem genero dare, tempora tædis*

*Apta requirebam, quaque cavenda forent.*

*Tum mibi post sacras monstratur Junius Idus,*

*Vulnus & nuplius, utilis esse viris.*

§. VII. His observatis tres legitimos nuptiarum solennitatum celebrandarum dies habebant; quod colligere est ex *Sca- vole & Cui responso in L. Seja §. 1. ff. de donat. int. vir. & uxor. cu-*  
*jus hæc sunt verba: Virginī in hortos deductā ante diem tertium,*  
*quam ibi nuptia frerent &c.*

§. VIII. Primo illorum trium, Græcis προσβλια dicto, au- Primus  
guria ab avibus prætervolantibus (optimè à *Turture & Corni-* nuptiarum  
*ce si par integrum apparuerit, quia utrumque animal adeo quid isto*  
*sui conjugis studiosum, ut eo mortuo superstes nullius præ-* dies.  
*tereā conjunctione gaudere vellet) quis Sponsi nomine sume-* Nuptiæ  
*bat, num ex re ipsius futura esset conjunctio: Isque Paranymphus auspicio*  
*dicebatur. Quod ab alio quoquè Sponsæ nomine fiebat.* Siebant.

Apud antiquos enim nihil tam publicè quam privatim agebatur, nisi per Augures sumpto prius augurio, testibus *Cic. lib. I. de Divinat. num. 16. & Val. Max. lib. 2. cap. 1.* Ad hunc morem etiam alludit *Tacit. in XI. Annal. lib. cap. 27. princ.*  
*Nedum Consulem, referens, designatum cum uxore Principis pre-*  
*dita die adhibitis, qui obsignarent, velut fasciendorum liberorum*  
*cansa, convenisse: atque illam audisse Auspicum verba, subisse, sa-*  
*cificasse apud Deos &c. Idem lib. XV. Annal. cap. 37. num. 5.*

Hinc Juvenal. Sat. x. vers. 326.

*— veniet*

— veniet cum signatoribus Auspex.

Post auspi- Sacra excipiebant auspicia Diis Deabusque facienda, teste  
cia siebant Corn. Tac. memoratis mox verbis. Verumtamen maximus  
sacra. honos Junoni, cum sacris præesse existimabatur, siebat, ut  
declarant Plut. in Quest. Rom. d. tom. pag. 284. L. F. & Virg. in lib.  
IV. Aeneid. vers. 59.

*Junoni ante omnes, cui vincla jugalia cura.*

Porcus ma- Hunc in finem porcus, sicut in foederibus feriendis soliti  
stabatur. erant Veteres, à novis conjugendis immolabatur, quem  
morem non tantum Hetruria Reges & istæ plagæ non me-  
diæ fortis infedentes viros; sed etiam priscos Latinos & Græ-  
cos in Italia habuisse, scribit M. Varr. in lib. 2. de re rust. pag.  
380. *A suillo enim, ait, genere pecoris immolandi initium primum  
sumptum videtur: cujas vestigia, quod Initii Cereris porci immo-  
lantur, & quod initii pacis, fœdus cum feritur, porcus occiditur:  
& quod nupiarum initia antiqui Reges ac sublimes viri in Hetruria,  
nova nupia & novus maritus primum porcum immolant. Prisci quo-  
que Latini & etiam Græci in Italia idem facilitasse videntur. Cujus-  
moris rationem Idem statim subnectit, Nam, inquiens, &  
nostra mulieres, maximè nutritrices, naturam, qua fœmina sunt, in  
virginibus appellant Porcum, & Græca χοῖρος: significantes esse dignam  
in signi nupiarum. In celebrandis istis sacris victimæ exemptum  
fel ad aram projiciebatur: Cæteræ verò partes adolebantur,  
quod exspectationem faceret futuræ inter conjuges tranquil-  
litatis; Fel enim iracundiae & bilis habebatur sedes. Hinc  
Virg. Lib. Aeneid. VIII. vers. 220. & seq.*

*Hic verò Alcide furiis exarserat atro*

*Felle dolor.*

Quibus modis Ve- Cæterum cum ex Arnob. advers. Gentes Lib. IV. pag. 140. Boëtio  
teres suas in Top. Cic. lib. 2. pag. 979. Servio in I. Georg. pag. 62. Alex. ab  
habebant Alex. Lib. 2. Genial. Dier. Cap. v. discimus, Veteres suas uxo-  
res tribus modis, usu, farre & coëmptione, habuisse; ac  
istorum trium medium non sine solenni sacrificio fieri solere  
ex Dionys. Halicarnass. aliisque Antoribus, qui sequuntur, col-  
ligere est, istum ad hunc diem quō sacra siebant, ut dictum,  
referre volui. De confarreatione itaque Pontificibus, secun-  
dum Boë. lant. loco, peculiari, mentionem facit dictus Dionys.

Lbi.

Confarrea-  
tio.

*lib. Antiq. Rom. 2. pag. 95. num. 20. Sacras nuptias, scribens, à prisca Romanis FARRACIA nominatas esse; à communione far-  
ris, quod Graci &c dixerunt, illoque victimas resperisse Romanos.  
Ulpianus in fragmentis Institutionum Tit. ix. Farre, ait, conve-  
nitur in manum, certis verbis, & testibus decem presentibus, & so-  
lemni sacrificio factō, in quo panis quoquè farreus adhibetur. Plin.  
nat. hist. lib. xviii. Cap. 3. Quin & in sacris nihil religiosius con-  
farreationis vinculo erat. Corn. Tacit. Lib. Ann. iv. Cap. xvi.  
num. 2. Nam patricios confarreatis parentibus genitos. Hoc modo  
nuptæ statim è patris potestate in mariti manum transibant,  
quod indicat idem Tacit. cit. loc. his verbis: *Et quando exiret e  
iure patrio, qui id flaminium apisceretur; queque in manum flaminis  
conveniret.* Sed omissa est illa confarreandi adsuetudo, aut in- Ejus omis-  
sio.*

§. IX. Secundus dies Græcè ἀπωλεία, latinè decubatio di- Secundus  
cebatur, quia ea nocte apud Socerum sponsus manebat. Hoc nuptiarum  
die sponsa, ut tanto honestius ad sponsum deduceretur, or- dies, &  
nabatur, quod colligere licet ex l. si ut certo §. interdum ff. perageban- qua isto  
commod. Hujus crines hastæ cuspide discriminabant, quam tur. perageban-  
*Sext. Pomp. in voc. Celibari, appellat, Celibarem, quæ in cor- Sponsa*  
*pore gladiatori stetisset abjecti, occisque, ut, quemadmo- comebatur*  
*dum illa fuerat conjuncta cum corpore gladiatori, sic ipsa hasta celi-*  
*esset cum viro: vel quia matronæ in Junonis Curitis tutela bari.*  
*sint, quæ ita appellabatur à ferenda hasta, quæ lingua Sa- mbo òmnib.*  
*binorum Curis dicitur: vel quod fortes viros genituras omi- vagab.*  
*netur: vel quod nuptiali jure imperio viri subjicitur nubens, mudi*  
*quia hasta summa armorum & imperii est. Verum Plut. in communi*  
*Romulo pag. 26. L. D. & Quast. Rom. d. Tom. pag. 285. L. B. ad iugando*  
*memoriæ tradit, quosdam voluisse, quod comarum Sponsæ clausis in*  
*discriminatio hastæ cuspide aut esset signum, primas nuptias scriptis*  
*vi & hostiliter esse contractas: aut moneantur nuptæ, ut, scriptis*  
*dum bellicosis jungantur viris, ipsæ ornata simplici & à luxu scriptis*  
*& molitie alieno uti debeant; quemadmodum Lycurgus scriptis*  
*ædium fores & fastigia jubens non ullis aliis instrumentis, scriptis*  
*quam ferra & securi fabricari, omnem luxum supervaca- scriptis*  
*neamque operam præcidit: aut per ambages innuat, ma- scriptis*  
*trimonium non, nisi ferro tantum, discissumiri: aut quia scriptis*  
sancti

## DISSERTATIO JURIDICA I

pleraque ad nuptias pertinentia ad Junonem referantur, c*m*  
*ei h̄asta* habetur *sacra*, & plerque ejus statua*h̄asta* nitun-  
*tur*, ipsaque Dea *QUIRIS* nominatur, quo nomine olim,  
*ut dictum, h̄asta* denotabatur. Hujus instituti etiam memi-  
*nit Ovid. lib. 2. Fast. vers. 559. & seq.*

*Nec tibi, qua cupida matura videbere matri,*  
*Comat virgineas h̄asta recurrat comas.*

Olim comarum positu matronæ à virginibus discretæ erant,  
*ut Tertull. in lib. de Virg. Veland. Cap. XII. declarat his verbis:*  
*Simulque s̄e mulieres intellexerunt, vertunt capillum, & acu laſci-  
 viore comam sibi inserunt, crinibus à fronte divisis, apertam profes-  
 ſa mulieritatem. Plaut. in Milite Act. III. Sc. 1. vers. 196. &  
 seq.*

*Utique eam huc ornataam adducas matronorum modo:*

*Capite compo, crines vittasque habeat.*

*Idem in Mostellar. Act. 1. Sc. III. vers. 69. id est*  
*Soli gerendum censeo morem, & capiundos crimes.*  
*Facit huc & illud Sexti Pomp. in voc. Senis: Senis crinibus nu-  
 bentes ornantur, quod is ornatus vetustissimus fuit.*

*Induebatur recta deinde tunica, qualem primam Cajam Cæciliam ex  
 recta tunica lana texisse, auctor est Plin. Lib. VIII. Cap. XLVIII. indueba-  
 ca. Laneo cinculo cinge-  
 batur, cinguloque ex lana ovis contexto (ut sicut illa in glomos  
 sublata conjuncta inter se sit, sic vir sicut secundum cinctus vincitusque  
 effet, ut interpretatur Festus in voc. Cingulo.) Herculaneque  
 nodo vincito cingebatur, quem maritus ominis causa in le-  
 cto solvebat, ut ipse tanquam Hercules, qui septuaginta  
 liberos reliquie fertur, in suscipiendis liberis felix esset.*

*Flammeo Post hæc quum virgo ad Sponsum duceretur, ejus facies ve-  
 obtegeba- lo obnubebatur, quem morem refert Tertull. in D. lib. de Virg.  
 tur Sponsa veland. Cap. XI. Aquin. inquit, etiam apud Ethnicos velata ad  
 facies. virum ducuntur. Unde dictæ sunt nuptiæ. Nubere enim &  
 obnubere Priscis est velare, operire. Velum verò illud FLAM-  
 MEUM dixerunt veteres teste Mart. Epigr. Lib. XI. Ep. 79.  
 vers. 3.*

*Flammea texuntur Sponse, jam virgo paratur.*  
*Et Lib. Epigr. XII. Ep. 42. vers. 3: Pralexere faces; velarunt flammea vulnus.*  
*Unde*

## INAUGURALIS. 27

Unde & Juvenal. Sat. x. vers. 333. & seq. Junonis palaest. V. Dudum sedet illa parato  
Flammeolo.

Trang. in Ner. cap. 28 Puerum Sporum, exectis testibus, etiam  
in muliebrem naturam transfigurare conatus, cum dote & flameo  
per sollempni nuptiarum celeberrima officio, deductum ad se pro uxore  
habuit. Hoc velomen lutei erat coloris, ut Plin. in lib. XXI.  
cap. VIII. his verbis ostendit: Lutei video honorem antiquissi-  
mum in nuptialibus flammeis totum foeminas concessum, & fortassis  
idem non numerari inter principales, hoc est, communes maribus ac  
foeminas, quoniam societas principatum dedit. Lucan. de Bell. Civ.  
lib. 2. vers. 361. & seq.

Non umidum nupta leviter tectura pudorens  
Lutea demissos velarunt flammæ rutilus.  
Exornata hoc modo sponsa corollamque de floribus, verbe Cæromo-  
nis, herbisq[ue] à se lectis sub amiculo ferens, referente Sext. dum  
Pomp. in voc. Corolla vespere deducebatur in viri domum à Sponsa ad  
tribus praetextatis pueris patrimis & matrimis, quorum unus siciscitur.  
præferebat facem ex Spina alba, quia noctu nubebant, te-  
ste Festo in voc. Patimi. Vel quia inde faces fecerunt Pastores, Nocte ini-  
qui rapuerunt Sabinas, ut ex Massfurio refert Plin. lib. XVI. jugia.  
cap. XVIII. Reliqui duo nubentem tenebant. Quinque fa-  
ces, seu tædas jugales, quas vocant cereos, in nuptiis accen-  
tas fuisse docet Plin. in Quæst. Rom. D. Tom. pag. 263. D. F. Cu-  
jus rei quatuor diversas reddit rationes: An, inquit, quia,  
ut Varro ait, Prætores trinti, pluribus Æddiles utebantur; ab his  
autem sponsi accendunt ignem. An, quod cum utantur compluribus  
alias etiam numeris, ium aliqui præstantior, atq[ue] perfectior impar  
credimus est, ium ad nuptias melius quadrare visus: Par enim dividit  
se patitur, partesque ejus aequis inter se viribus contendunt: Impak  
autem omnino diffundi se non fert, sed divisus semper aliquid relin-  
quit. Inter impares porro omnium maximè congruit nuptius quinarius:  
Nam ternarius primus est de imparibus, binarius primus de paribus:  
Ex his tanquam mare & feminâ miscetur quinarius. Aut potius,  
quoniam lumen procreationis signum est, mulieres autem ad quinque  
plerumque pariunt, ita idem utuntur facibus. Ans quia matrimonium  
contrahentes quinque Deorum ope indigere putant, Jovis perfecti,

## 28. DISSERTATIO JURIDICA.

Dii conju-  
gii præsi-  
des.

JUNONIS perfecta, VENERIS, SUADÆ, ac DIANÆ (ea LUCINIA est) quam parturientes invocant. Aderant huic deductio-  
ni etiam tibicines, quod non obscurè ostendit Plauti locus in  
*Casin. Att. IV. Sc. IIII. vers. I. & seq.*

*Age, tibicen, dum illam educunt huc novam nuptiam foras.*

*Suavi cantu concelebra hanc plateam hymeno.*

In deductione ista Talasio acclamabant deducentes ac cæteri concomitantes amici, quia in Sabinarum raptu, virgo una longe ante alias specie, flaturaque insignis à globo cuiusdam Talasi rapta fuerit, multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent, ne quis violaret, Talasio eam ferri clamitatum est. Qua de causa, cum Talasio matrimonium illud prospere ces-  
sisset, vocem illam nuptialem factam esse, & ad posteros inde manasse, docent Tit. *Liv. lib. I. cap. IX.* & *Plut. in Rom. pag. 26. L. B. & seqq.* Vel ex Sextio Sylla referente eo-  
dem d. l. quia Romulus istam vocem pro signo dedisset ad raptum. Nonnulli tamen ad *lanifictum*, quod Græci *Tala-*  
*sias* dicunt, hujus vocis originem referendam censem; quæ ratio minime etiam displicet *Plut. cit. loc.* Nam, ait, *infœ-*  
*dere*, quod Sabini post bellum pepigerunt cum Romanis, con-  
venient ne aliam operam viris, quam *lanifictum*, prestant  
uxores: qui mos sequitis nuptiis permanxit, ut quis elocarent puel-  
las, vel deducerent, vel presentes essent, omnino Talasio accla-  
marent per *lausum*, testantes ad nullum aliud, quam *lanifictum*, munus adduci. Eodem modo argumentatur. Idem *Auctor*  
in *Quest. Rom. d. Tom. pag. 271. L. F.* Ad quem morem etiam alludit *Martial. lib. Epigr. XII. Epigr. 42. vers. IV.*

*Nec tua defuerunt verba Talasse tibi.*

Colus cum Deductam præfato modo per faciferos Sponsam alii duo co-  
lana & fu-  
lus cum cum lana & fusum cum stamine, tanquam operis, in  
stamine quo futura esset, auspicia, tenentes concomitabantur. Cu-  
præferba-  
tut. Cujus ritus Tanaquil, quæ eadem Caja Cæcilia, de qua pa-  
rum infra, vocata est, auctor est apud *Plin. lib. VIII. cap.*  
48. Aderant etiam alii, qui vas quoddam opertum, cume-  
rum seu camillum testante *Festo in voc. cumerum*, appellata-  
tum, in nuptiis ferebant, in quo erant nubentis mundus &  
alia ejus utensilia. Quæ autem pertineant ad mundum mu-  
liebrem

liebrem, adstruit *¶Ctus Ulpianus* in l. 25. §. 10. vers. *Mundus ff. de aur. & arg. leg.* cum refert: *Mundus mulieris est, quo mulier mundior fit. Continentur eo specula, matula, unguenta, vasa unguentaria, & si qua similia dici possint; ve- luti lavatio, riscus.* Quo comitatu cum ad mariti aedes flo- tribus frondibusque ornatas accesserit, Sponsam introducentes <sup>Nuptæ verba ad</sup> jubebant eam dicere, *UBI TU CAJUS, EGO CAJA.* Quorum Sponsi do- verborum significationem scrutatur *Plut. in Quast. Rom. d. mum.*

*Tom. pag. 271. L. E.* dicens, hæc verba significare; Aut ubi *Dominus eris & paterfamilias, ego Domina ero & mater- familias.* Nomine autem *Caji & Caja* communibus usi sunt peculiarter, quo modo *Jureconsulti Cajum, Sejum, Lucium, Ti- tium nomen ei, de quo agitur, imponunt: & Philosophi Dio- nis, aut Theonis voces usurpant: aut quia Caja Cacilia honesta fuit ac proba matrona. uxor unius de filiis Tarquinii, cui Caja <sup>Jannæ à</sup> in Saniti templo statua priscis temporibus posita fuit cum sanda- <sup>Sponsa or-</sup> lis & fuso, qua domi actæ vita, industriaque sunt signa. Po. <sup>natus, at-</sup> ftes dein januæ lana ornabat ac adipali unguine oblinebat, <sup>que ua- ctio.</sup> unde uxor, quasi unxor dicitur, *Arnob. adversus Gent. lib. 3.**

*pag. 115. Nisi postes virorum adipali unguine oblinarentur ab Sponsis.* *Serv. ad IV. Virg. Aeneid. vers. 459. Moris enim erat, ut nubentes puellæ, simul ut venissent ad limen mariti, postes antequam ingredierentur, ornarent laneis vittis, & oleo ungerent, unde uxores dictæ sunt, quasi unxores.* *Plin. lib. XXVIII. cap. IX. ex Massurio tradit, novas nupias perungere Unctionis solitas lupino adipi,* cuius rationem esse statim subnectit, ne ratio.

*quid mali medicamenti inferretur.* In limine domus ignis & aqua adhibebatur; utrumque Sponsus & Sponsa manu tan- <sup>Sponsus &</sup> gebat, ipsaque nupta ejusdem aquæ adspersione lustrabatur. <sup>Sponsa in-</sup> <sup>limine do-</sup> Hinc apud *¶Ctum Scævolam* in d. l. pen. §. 1. ff. de donat. <sup>mus Sponsi</sup> inter vir. & uxor. *Uxor aqua & igni accepta.* Cujus ritus ignem & diversæ ab antiquitatum Scriptoribus sunt relictae rationes. <sup>aquam</sup> Quarum ea potissima esse videtur; *Antiquitatem putasse, aquam tangebant.* Ejus ritus. omnium rerum elementum, ignem formam esse. Quòd *M. Varro* respexisse videtur, dum in lib. IV. de Ling. Lat. pag. 16. Igi- tur, ait, *caussa nascendi duplex, Ignis & Aqua:* id est ea in nuptiis in limine adhibentur, quod conjungunt. *Hinc est Mas,*

*Ignis, quod ibi semen, Aqna Fœmina, quod fætus ab ejus humore, & eorum vincione sumit Venus.* Similiter etiam *Lætant.* lib. 2. cap. ix. substantia, inquit, *ignis, calor est, aqua humor.* Recte igitur Ovidius: lib. nempe Metamorph. 1. vers. 430. & seqq.

*Quippe, ubi temperiem sumpserit, humorque, calorque, & concipiunt: & ab his oriuntur cuncta duobus.*

*Cumque sit ignis aquæ pugnax; vapor humidus omnes res creat, & discors concordia fœtibus apta est.*

*Alterum enim quasi masculinum elementum est, alterum quasi femininum, alterum activum, alterum passibile: ideoque a veteribus institutum, ut sacramento ignis & aquæ nuptiarum fœdera sanciantur; quod fætus animantium calore & humore corporentur, atque animentur ad vitam.*

*Hæc duni peragebantur, sponsa, nemus attin- limen ipsa transcenderet, trans limen à pronubis portabatur.*

*Cujus moris causam ipse querit: Plut. in Romulo pag. 26. L. debeat. D. & Quast. Rom. pag. 271. L. ead. Cur, inquit, nuptam*

*Eius ratio- non patiuntur ipsam transcendere limen domus, sed sublatam nes. transportant pronubi; an quia in prima rapione mulieres non ulro intraverunt domos, sed illata sunt? aut quia videri volunt non volentes, sed vi coactæ eo ingredi, ubi sunt virginitatem amissura? aut hoc signum est, exire etiam eas domumve relinquere non debere, nisi vi ejiciantur, sicut vi introductæ sunt? nam etiam apud nos in Boæotia in nuptiis axem planstri ante foræ cremauit, innuentes sponsa manendum esse, sublato ave-*

*hendi instrumento, Alii alias dant rationes, de quibus men- tionem facit Barnab, Brisson. in tr. suo de Vet. Rit. Nupt. pag. La pelle la- 76. Ingressa statuebatur in pelle lanata, quod ex Plut. ver- nata sedere bis in Quast. Rom. d. pag. L. F. expressis colligere est. Nam, jubeatur, ait, sponsa introductæ vellus subternunt. Nubens hoc Roma-*

*Sponsa tres norum modo congressa primum cum viro ex tribus assibus, asse secum quorum unum in manu, alterum in pede, tertium in facci- ferebat.*

*perio gerebat, primum Sponso dabat, quasi imaginaria emptione eum sibi illo pretio quæsierit: alterum in foco Diis familiaribus ponebat; quem & igni luculentæ & corollis sua manu flexis, ut ex Plant. refert Jul. Scalig. in Poëtic. lib. 111. cap. C. ad medium, angebat. Tertium in compito vi-*

*cinali*

cinali fodiebat. Apud Non. in dict. *Nubentes*: *Nubentes* veteri lege Romana asse treis ad maritum venientes solebant ferre, atque unum, quem in manu tenerent, tanquam emendi causa marito dare: alium quem in pede haberent, in foco Larium familiarum ponere: tertium in sacciperione cum condidissent compito vicinali solere resonare. Ubi omnino legendum censem Just. Lips. lib. v. Antiquar. Lect. cap. 22. *Donare*. Hinc istius Coëmptio modi, qui Coëmptio dicebatur, petenda esse videtur origo; quam certis quibusdam verbis concipi solitam esse indicat. Boët. in Top. Cic. lib. 2. pag. 979. dum scribit, Coëmptio certis solennitatibus peragebatur: & se se in coëmendo interrogabant: *Vir*, an sibi Mulier materfamilias esse vellet; ubi illa respondebat, *Velle*: Item *Mulier*, an vir sibi paterfamilias esse vellet; ille respondebat, *Velle*: Itaque sic mulier in viri conveniebat manum, & vocabantur ha nuptiae per coëmptionem. Inde Virg.

I. Georg. vers. 31.

Teque sibi generum Tethys emat omnibus undis.

De hac coëmptione, facibus & in domum deduictione veterem inscriptionem in urbe Patavio extare dici, monet Franc. Connan. in lib. suo *Juris civilis VIII. cap. III. §. III.* Cujus verba hic apponam:

Vetus mos numen-tum quas-dam nuptiarum solennita-tes conti-nens.

COS. AVG.

PVB. CLAVD. QVÆST. AER. ANTONINAM.  
VOLVMNIAM. VIRGINEM. VOLENT. AVSPIC.  
APARENT. SVIS. COEMIT. ET. IIII. FAC. IN. DOM.

DVX.

Singulis his cæremoniis adhibebantur Dii peculiares, testante Qui Dicitur in August. de Civ. Dei lib. iv. cap. ii. ut, cum mas & foemina cæremoniis adhibebantur. conjungerentur, *Deus jugatinus*: cum nupta domum ducere-  
tur, *Domiducus*: ut in domo esset *Domitus*: ut cum viro ma-  
neret *Manturna*: cum postes ungeret *Juno unxia*: Acceptæ Nuptialis  
hoc modo Sponsæ coena dabatur a novo marito, ac mox Hy- coena.  
menæus dicebatur cum choreis. Qui mos non tantum Ro-  
manis, sed etiam aliis extraneis populis ferè familiaris fuit. Ho-  
merus nuptias Hermiones Menelai filiaæ Pyrrho Achillis filio  
in Troja à Patre desponsatae instruit non tantum epulis; ve-  
rum etiam cithara &c. choreis, ut videre est apud Hom. in lib.

*luporibus*

IV.

32 DISSERTATIO JURIDICA

iv. *Odyss. circa princ.* Alexandrum M. Superato Dario, suas & octoginta amicorum, infinito luxu & lectorum multitudine, superbas nuptias per quinque dies continuos hilares habuisse cum cantu & comicis, Tragicisque actionibus, nec non alias Indorum regioni familiaribus præstigiis, narrat *Aelian. Lib. viii. variar. hist. cap. vii.* De Hebræorum consuetudine sufficiens testimonium præbent apparatus Labani, *Genes. cap. 29. vers. 22.* & Simsonis, *Judic. cap. xiv. vers. 10, 11.* Verum observandum est, Veteres in conviviis non adsedisse, sed ad cubuisse, ut patet *ex cit. sup. Aelian. loco*, sequentibusque *Corn. Taciti* verbis *in lib. Ann. xi. cap. 27. num. 2.* prolati: *Discutitum inter convivas, oscula, complexus, noctem denique actam licentia conjugali: Sponsamque non separatim, sed in gremio mariti; quem morem exprimit Juvenal. in Sat. 2. vers. 119. & seq.*

*Ingens*

*Cena sedet, gremio jacuit nova nupta mariti.*  
*Apul. de nuptiis Psyches pag. 183.* que est in lib. vi. *Metamorph. Accumbebat, scribit, summum thorum maritus, Psychem gremio suo complexus.* Hinc rectè *Catal. in nuptiis Julia & Manili Epigr. LXII. vers. 171. & seqq.*

*Aspice, intus ut accubans  
Vir tuus Tyrio in thoro  
Totus immineat tibi.*

*Nuces spargebant.* Intercà spargebant nuces à novis maritis, unde *Virg. Eccl. viii. vers. 30.* canit:

*Sparge marite nuces.*

*Cur illud faciebant.* Cujus moris hanc fuisse rationem ex *Varr. scribit Serv. ad d. Virg. locum, ut Jovis omne matrimonium celebretur, ut nupta matrona sit, sicut Juno.* Nam nuces in tutela sunt Jovis; unde & juglandes vocantur, quasi Jovis glandes. Nam illud vulgare est, ideo spargi nuces, ut à rapientibus pueris fiat strepitus, ne puella vox virginitatem deponentis possit audiri. *Plin. autem in lib. xv. cap. 22. ad princ.* hoc factum putat, ut, sicut nuces duplice teguntur operimento, ita etiam foetus pari munimento protegantur à conjugibus. Quæ ratio ipsi verisimilior videatur, quam quia cadendo tripudium, sonumve faciant. Alii aliam agnoscunt

*Prisci ac-  
cumbebant  
in convi-  
viis.*

agnoscunt causam; quæ propior videtur; Veteres nempe per illarum sparsionem designare voluisse, maritum ita valedicere debere puerilibus ludis, &c. et quæ ad cœconomiam pertineant, auspicari. Unde *Carall. in Carm. de nuptiis Julia & Manlii Epigr. LXII. vers. 131. & seqq.*

*Da nuces pueris, mers*

*Concubine: satis din*

*Lusisti nucibus.*

Nucibus Veterum pueros lusisse, per quam certum est, uti docet nos *Phaed. in Lib. 3. Fab. 14.* his verbis:

*Puerorum in turba quidam tudentem Atticus*

*Aesopum nucibus cum vidisset, restitit.*

Inter illos strepitus versus quidam lascivi & procaces, *Fescennini* teste *Festo in voc. Fescennini dicti*, a multitudine puerorum cantabantur per ludum jocundique ex conjugali licentia licitum. *Horat. Lib. Epist. 2. Epist. I. vers. 145. & seq.*

*Fescennina per hunc inventa licentia morem*

*Versibus alternis opprobria rustica fudit.*

Hæc dum fiebant, componebatur lectus nuptialis, quem *Ve-* Genialis teres, quia in nuptiis solennibus in honorem *Genii* sterneba*lectus*, *Geniale* dixisse, ostendit *Serv. ad Lib. Aeneid. VI. vers. 603. Horat. Lib. Epist. I. Epist. I. vers. 87.*

*Lectus genialis in aula est?*

*Juvenal. Sat. x. vers. 334. & seq.*

*Tyriusque palam genialis in horris*

*Sternitur.*

His peractis nova nupta in cubiculum viri à Pronuba dedu*ta*. Nova nuptia cebatur; quod à Sponso detegebatur; cuius detectionis gratia dona ab eo accipiebat. Deducta in cubiculum nova nupta, deducitur, rapi, ut loquitur *Sext. Pomp. in dict. Rapi, solet fax, qua præde-* dente nova nuptia deducta est, ab urisque amitis, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte ponat, aut vir in sepulchro comburi- rendam caret, quo utroque mors propinqua alteratrius captari putatur. Conferebantur in eum locum quorundam Deorum Dearumque simulachra; ut *Virginensis Dea*, ut scilicet virgini zona solveretur; *Subjungi Dei*; ut viro subjiceretur; *Deae chra.* Premæ, ut tuba ne se commoveret, & comprimeretur;

*Deo Pertunde, quæ concuteret & penetraret; Veneris & Priapi.*  
*Ad hujus simulachrum per gradus eburneos, adscendere, ei-*  
*que infedere tenebatur nova nupta; cuius hanc causam tradit*  
*August. de Civ. Dei lib. vi. cap. ix. ut illarum pudicitiam prior*  
*Deus delibasse videretur. Plura de hoc Deo denudare nolle,*  
*ne quid risu dignum appareat, ut scribit Lactant. Lib. I. pag. 120.*  
*qui cupientibus tamen illud deforme mysterium explicat. His*  
*omnibus observatis viri lectum nova nupta adibat, in quo col-*  
*locabatur à Pronuba, quod declarat Catull. in memor. Carm.*  
*de nuptiis Jul. & Manl. Epigr. LXII. vers. 183. & seqq.*

*Jam cubile adeat viri,*

*Vos bona sensibus unis*

*Cognita bone famina,*

*Collocate puellam.*

*Nova nu-*  
*ppta viri le-*  
*cetum adit.*

*Cingulum*  
*solvitur.*

*Sponsa fit*  
*uxor.*

*Tertius nu-*  
*ptiarum*  
*dics.*

*Mulera*  
*nuptialis*  
*accipiebat*  
*incipiebat.*

*Claves ac-*  
*cipiebat.*

*Hoc in loco cingulum illud virginem Herculaneo nodo vin-*  
*ctum, de quo supra in §. IX. n. cap. habita est mentio, duo-*  
*bus digitis solvebat maritus, quod Junoni, ob eam causam*  
*Aurōrā, à Latinis cinxiae cognomento, dicabatur. Sext.*  
*Pomp. in vob. cinxie: Cinxie Junonis nomen sanctum habebatur*  
*in nuptiis, quod initio conjugi solutio erat cinguli, quo noua*  
*nupta erat cincta.*

*Hoc modo, quæ Sponsa fuerat, uxor siebat.*

*§. X. Tertius jam sequitur nuptiarum dies, Græcis ηπαν-*  
*τία, quasi nuptiarum appendix, Latinis Repotia. In eo die*  
*Sponsi affines convivium instaurabant; novæ nuptæ munera*  
*à cognatis & propinquis mittebantur, quæ ob id munera nupti-*

*alia dicuntur à Cts Gajo in l. 13. §. 2. ff. de Administ. &*  
*per tut. ac Ulpiano l. I. §. 5. ff. de intell. & ration. distr. &*  
*nova nupta in domo viri uxoriā libertatem anspicabatur, &*  
*rem divinam faciebat, ut scriptum reliquit Macrobi. lib. San-*

*turnal. I. cap. XV. circa suem Postridie, ait, nuptiam in domo*  
*viri dominum incipere oportet adipisci & rem facere divinam. Sed*

*ut significaretur, ei rerum familiarium administrationem ac*  
*dispensationem permitti, illi dabantur claves; quas ad signifi-*  
*candam partus facilitatem, mulieribus donatas esse, dicit Fest.*  
*in dict. Clavim. Verum illa Sexti Pompeji explicatio non ita*  
*rei congruens est; traditionem enim clavum rerum custo-*

*diam*

diam designare, expeditum est l. 77. §. 21. ff. de leg. 11. Pater; ait J. C. Papinianus, pluribus filiis heredibus, infirmatis, morsens claves & anulum, custodia causa, majori natu filie tradidit.

§. XI. Explicitis hisce tribus nuptiarum diebus, earumque solennitatibus, nec non duobus ex istis tribus habendi usus. uxores modis, restat adhuc tertius ille, qui est Usus, quem hic, cum ad nullum diem referri nequit, adjungendum esse puto. Usu igitur Prisci habebant uxores, si circa solennitatem confarreationis ac coemptionis matrimonii causa mulieres per totum annum nulla trinoctii absentia interposita apud virum mansissent. Quo elapsa tempore, in manum mariti venisse, censebantur, quod colligere est ex M. Tullio verbis in nuse. 34. Orationis in L. Flacci gratiam habua prolati. In manum, inquit, convenerat. Nunc audio: sed quare, usus an coemtione. Si vero per tres noctes in anni spatio a viro abfuisset, ex l. XII. Tabb. usus interruptus existimabatur, ut annotat Aut. Gell. lib. 3. Not. Att. cap. 2. his verbis: Quintum quoque mucium jurisconsultam dicere solitum legi (Maccob. lib. 1. Saturn. cap. 3. habet, lege, quo in loco etiam alias antecedentia & consequentia verba ab hoc Auctore mutuatus est) non esse usurpatam mulierem, qua Kalendis Januariis apud virum causa matrimonii esse copiserit. Et ante diem quarum Kalendas Januarias sequentis usurparum esset, non enim posse impleri isto noctium, quod absesse a viro usurpandi causa ex duodecim tabulis deberet, quoniam terue noctis posteriores sex hora alterius anni essent, qui inciperet ex Kalendis.

§. XII. Alius præter tres jam enumeratos passim in legi sortitio. bus nobis etiam occurrit modus, SORTITIO dictus, ut in l. 8. ff. de senator. Clarissimarum faminarum nomine, Senatorum filia, nisi que viros clarissimos sortite sint, non habentur. l. 20. §. 2. ff. de manumiss. vind. Matrimonii causa manumittere si quis velit, & is qui non indigne hujusmodi conditionis uxorem sortiturus sit, erit ei concedendum. l. 18. C. de inoff. test. l. 2. §. 1. C. Quando & quib. quarta pars debetur. l. 9. C. de incolis, & ubi quis domicil. habet videtur. De hac Sortitione mentionem etiam facit Alex. ab Alex. hb. 2. Genial. dier. cap. v.

§. XIII. Hæc de nuptiarum solennitatibus, quarum plus

ra desiderantibus consulendi sunt *Jul. Cef. Scalig. lib. III. Poëtices. cap. C. Alex. ab Alex. dicto mox lib. Et cap. Barnab. Brisson. Anton. Et Franc. Hotmani in tract. de Ver. Rit. nupt.*

**Nuptiae & matrimoniū pro-**  
missuē suā. **I. 10. ff. de rit. nupt.** Definiunturque, quod sint, *Viri & mulieris conjunctio individuum viæ consuetudinem continens. d. §. 11. Inst. de patr. potest.*

**§. XIV.** Cæterum Justiniani temporibus nuptia etiam dicuntur matrimonium, ut patet ex §. 1. *Inst. de patr. potest. Et* §. 10. *ff. de rit. nupt.* Definiunturque, quod sint, *Viri & mulieris conjunctio individuum viæ consuetudinem continens. d. §. 11. Inst. de patr. potest.*

**§. XV.** Has contrahunt ii, qui sunt cives Romani, masculi

puberes, quales estimabantur anno *quarto decimo*, & fœmi-

næ viri potentes, anno *nempe duodecimo*, ut loquitur *Imp.*

*in pr. Inst. de nupt.* simulque qui nec cognatione, affinitate,

honestate, vitio mentis corporisve impediti sunt, de quibus

requisitis satis susé differunt plerique Doctores.

**Quomodo contrahantur non tam magna ut olim solen-**  
nitate; quippe jure civili tantum mutuus desideratur consen-

tus, non vero concubitus, nec solennis deductio, aliusve

ritus. *I. 30. ff. de R. Jur. I. 15. in fin. ff. de condit.* Et demonstra-

cui & jure consil. Scovola aperissimè responderet *lib. IX. Digest.*

*I. Seja pen. ff. de Donat. int. vir. & uxor. Et Theodosiana consti-*

*tutione satis comprobatur, qua pompæ celebratisque nuptia-*

*rum omissionem matrimonii firmitati non obesse, constitutum*

*est. I. Si donationum 22. C. de nupt.*

**§. XVI.** Contrahuntur non tam magna ut olim solen-

nitate; quippe jure civili tantum mutuus desideratur consen-

tus, non vero concubitus, nec solennis deductio, aliusve

ritus. *I. 2. ff. de rit. nupt.* Nam Imperator ait *in pr. Inst.*

*de nupt.* Negue naturalem, neque civilem rationem permittere, ni

absque consensu filius contrahat nuptias.

**Quorum desideratur consensus.** *C. A. P. I. V. lib. iiii. cap. 2. 8. 1. ratiocinad.*

**D E D I V O R T I I S.** *in fin. lib. iiii. cap. 2. 8. 1. ratiocinad.*

**§. I.** Postquam disservimus, quibus modis Prisci inire

solebant conjugale illud vinculum, nunc, ut ad

scopum revertamur, nobis erit agendum de iis,

quibus recedere sunt soliti. *in fin. lib. iiii. cap. 2. 8. 1. ratiocinad.*

**§. II. Ve-**

§. II. Veteres igitur, autumantes, nihil esse tam naturale, quam unumquodque uti colligatum erat, ita etiam dissolveretur modis voluerunt, matrimonium contractum confarreatione dissolvi apud Antiquos, & diffarreatione; quod & annotarunt Sextus Pomp. in voce Diffarreatio his verbis: Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virorum & mulierem fiebat dissoluio. Dicta diffarreatio, quia fiebat jus civile farreo libo adhibito. & Alex. ab Alex. lib. 2. Genial. dier. cap. v. connubio. In dirimendis nuptiis, & si quando vir ab uxore divertere contebit, diffarreationem fieri accepimus. Similiter contractum coem. Diffarreatio. ptione dirimi remancipatione, ut appareat ex iis, quae ex Gallo resert idem Pompejus in vocab. Remancipatam, qualia ita Remancipatio. fere habent: Remancipatam Gallus Ælius esse ait, quemaneipata sit ab eo, cui in manum convenerit. Sic etiam initum Usu resolvi usurpatione, quae significat, ut explicat Jacob. Ravid. Usurpatio. in Comm. ad leg. XII. Tabb. cap. XXI. usucaptionis interruptio- nem, non vi quidem & proprietate verbi, sed per consequentiam. Si enim id, quod possedeo, necdum tamen usucepi, ab aliquo so- lenniter usurpetur, sive apprehendatur, is, si ejus rei dominus est, possessionem meam sua usurpatione interrupit. Quia igitur mulie- res in potestate aut mariti, aut parentum, vel tutorum erant per- petua, idcirco usu uxor nondum usucpta, ante annum à marito discedens, usurpabatur, hoc est, à parentibus, aut si illi non essent, à tutoribus solenni quadam ratione apprehendebatur, & mariti po- testate liberabantur, si ab eo trinoctium absuisset. Verum juxta Mors. Jurecons. Paulum in l. I. ff. de Div. & Rep. dirimitur conju- gale foedus morte: Matrimoniorum enim, ut ait Imperator in Nov. 22. cap. 20. terminum, que omnia similiter solvit, expeditat mors. Captivitate, quod postea mutavit Imperator in Nov. 117. Captivitas. cap. XI. jubens, uxori non licere propter quantumvis lon- gam mariti absentiam alteri prius nubere, quam de morte penitus certior facta fuerit; ita ut abrogatae finit per d. Nov. Memorata l. I. quantum ad captivitatem attinet, l. 6. ff. cod. l. 7. C. de Repud. Vel alia contingente servitute alterutrius eorum de Servitus. qua vid. est cap. IX. cit. Nov. 22. & Divortio; quo nomine Divor- illa Veterum inter virum & uxorem separatio dicta esse tium. videtur, de qua, dum ejus hic præcipue sedes est, prolixius sumus dicturi.

## DISSERTATIO JURIDICA

Divortii  
generalis  
etymolo-  
gia defini-  
tioque.  
Propria  
eius signifi-  
catio.

§. III. DIVORTIUM itaque, dictum à diveriendo, in ge-  
nere secundum Non. Marcell. in voc. Divortium est rerum  
omnium separatio. Hinc adducit illud M. Tullius in lib. III. de  
tioque. Oratore: Sic è communis sapientia iugo sunt doctrinarum facta di-  
voria. Sed propriè dicitur illud de itineribus seu locis, ut  
eius invenitur apud Virg. lib. Æneid. ix. vers. 379. & seq.

Objiciunt equites sese ad divoria nota,

Hinc atque hinc.

Et Tacit. lib. Ann. XII. cap. 63. pr. Arctissimo inter Europam  
Asiamque divortio Byzantium in extrema Europa posuere Graci.  
Verum juxta Jurisconsultorum mentem dictum est divortium  
vel à diversitate mentium, vel quia in diversas partes eunt, qui dis-  
trahunt matrimonium, testante Gajo in l. 2. pr. ff. de Div. &  
Rep. cui respondet Paulus in l. 191. ff. de verb. sign. Definiri-  
que potest, quod sit separatio, que sit inter conjuges eo animo,  
ut nunquam redintegretur matrimonium.

Definitio-  
nis expli-  
catio.

§. IV. Recte nunquam: nam divortium, inquit, Paulus in  
l. 3. ff. de Div. & Rep. non est verum, nisi quod animo perpetuum  
constituendi dissensionem sit. Itaque, ut argumentatur porrò idem  
JCTus, quidquid in calore iracundia vel sit, vel dicitur, non prius  
ratum est, quam si perseverantia apparuit, judicium animi fuisse s  
ideoque per calorem missio repudio, si brevi reversa uxor est, nec di-  
vortisse videtur.

Divortii  
origo.

§. V. Quamvis universi CREATOR per suam huma-  
no generi in Paradiso datam institutionem in cap. 2. vers. pen.  
Genes. adhuc extantem voluit, ut nulla separatio inter vi-  
rum & uxorem intercederet, sed abiarent in carnem unam:  
tamen depravato istius generis statu matrimonii diremptione  
Istraelitis permisit Moses Deuter. cap. 24. vers. 1.

Ejus pro-  
gressus ad  
Romanos.  
Romuli  
lex.

§. VI. Hoc succendentibus temporibus non tantum apud  
Judæos mansisse, verum etiam ad extraneos populos pene-  
trasse, invenimus: Romulus enim sua lege à viris divorce-  
re mulieribus prohibuit, & viris à mulieribus tres quatuor-  
ve non leves ob causas, quas, infra in §. XVI. enumerabo,  
permisit, testibus Plut. in Romulo pag. 31. L. F. Alex. ab A-  
lex. lib. IV. Genial. dier. cap. VIII. circa medium. Quod libe-  
rum etiam mansit in XII. Tabulis, uti colligi potest ex  
istaram

Lex XII.  
Tabb.

istarum fragmentis, quæ ex multis Auctori bus con gesserunt  
*Pighius in Annal. suis ad A. U. C. CCCII. & Jacob. Gothofr. in tract.*  
*ad XII. Tabb. Tab. VI. in fine. ac ex M. Tullio Philipp. 2. num.*  
 28. Et, inquiete, si jam negat, nolite, nolite querere, frugi  
 factus est, illam suam suas res sibi habere jussu ex XII. Tabulis:  
 claves ademit, forasque exegit. Itcm ex sequentibus verbis  
*Gaii Jurecons. in l. pen. ff. Ad l. Jul. de Adult. traditis: Si ex LEGE*  
*repudium missum non sit, & idcirco malier abhuc nupta videatur,*  
*tamen si quis eam uxorem duxerit, adulter non erit: idque Sal-*  
*vius Julianus respondit; quia adulterium, inquit, sine dolo malo*  
*non committitur; quamquam dicendum, ne is, qui sciret, eam ex*  
*LEGE repudiata non esse, dolo malo committat.*

§. VII. Nihilominus tamen noluerent Veteres, facile di-  
 rimi matrimonium, quod isto Sponsam cingendi modo, de circa ma-  
 quo supra in §. VIII. cap. preo. mentio facta est, denotare  
 voluerunt; quod postea, ut ex Non. Marcell. ad voc. Firmiter.  
 colligere est, respexisse videtur *Cic. in lib. VI. de Repub. ma-*  
*trimonia*, dicens, *majores nostri firmiter stabilita esse voluerunt.*  
 Quam sententiam postea etiam *Theophilus*, quando, *indi-*  
*vidua vita consuetudinem promitti*, ait in §. I. *Inst. de patr. potest.*  
 & *Justinianus Imp. in d. §. nupias individuam vita consuetudinem*  
 vocans affecuti videntur.

§. VIII. Hinc divortium, si *Dionys. Halicarnass. lib. 2. An-* Per quot  
*tiq. Rom. pag. 96. vers. 9. & seqq. fides adhibenda sit, 10XX. annos nullum di-*  
 ab U. C. per annos Romæ tanquam incognitum fuit: con- tium Ro-  
 stat enim, inquit, ut verba latine sonant, per 10XX. annos ma- senit.  
*Roma nullum accidisse divortium. Septima demum supra centesi-*  
*manam & trigesimam Olympiade M. Pomponio, C. Papirio Coss. &c.*  
 Cui subscriptit *Val. Max. lib. II. cap. I. num. IV. Ve-*  
*rum Aulus Gell. lib. IV. Noct. Att. cap. 3. scribit fa-*  
*cium esse A. U. C. DXXIII. M. Attiko & P. Valerio Coss. &*  
*lib. XVII. cap. 21. ferè in fine, quingentesimo undevigesimo*; ita  
 ut Auctor iste sibi ipsi non constet, nisi cum eruditis ad lo-  
 cum istum priorem annorum numerum adferamus; qui  
 tamen, si cum *Car. Sigon. in Comm. in Fastos & Triumphos Rom.*  
*Pighius in Annal. suis P. Rom. Setho Calviso in opere suo Chronol. ad*  
*A. U. C. 10XXII. computationem ineamus, legitimus non*  
 esse videtur: illi enim M. Pomponium cogn. Masonem &  
 C. Pa-

40 DISSE<sup>R</sup>TAT<sup>O</sup> JURIDICA

C. Papirium cogn. Mathonem non ad eum, ad quem *Dionys. laud. loco*, annum eos habent; sed referunt eos ad A. post u. c. DXXII. & M. Attilium cogn. Regulum & P. Valerium cogn. Flaccum non in eo anno, in quo vult *Aul. Gell. d. loco*, consules fuisse ponunt: Verum illos numerant ad A. ab u. c. IXXXVI. ita ut forsitan Amanuensium aliorumve culpa apud unum annus unus admissus & alterum duo omisssi videantur. Sed ab istorum scriptorum temporis computatione maximè distat ea, quam facit *Tertull. in Apologet. Cap. vi. ad med.* & *Monogam. cap. IX. in fine*. In *Apologet.* scribit, nullum intercessisse Divortium per dc. ferè annos: *Ubi*, inquit, est illa felicitas matrimoniorum de moribus utique prosperata, quā per annos fermè sexcentos ab Urbe Condita nulla repudium domus scripsit? In *Monogam.* factum esse tradit post illud annorum spatium: Adeo, ait, autem repudium à primordio non fuit, ut apud Romanos post annum sexcentesimum Urbis Condita id genus duritia commissum denotetur, Cui subscribit *Magnus Cujac. lib. i. Observ. cap. 39.* Ita ut de tempore non convenient Auctores, quod etiam suis diebus observasse videtur *Alex. ab Alex. lib. iv. Gen. dier. cap. VIII. in med.* Primus enim, referens, P. Carvilius Ruga post annum quingentesimum trigesimum tertium, vel undevigesimum ab Urbe Condita, cum uxorem duxisset, ex qua virtus corporis liberos suscipere nequisset, sterilitatis causa divortium fecit. Eatenus tamen non dissentijunt, primum P. sive Sp. illum Carvilium cogn. Rugam, ut *Gell. prodit Lib. iv. cap. III. divortium post tantum annorum intervallum renovasse*. Hinc *Halicarnass. d. loco*. Primus, ait, dicitur uxorem dimisisse Sp. Carvilius, vir non obscurus, coactus à censoribus jurare, liberorum causa se conjugem non retinere; erat enim sterilis. Cui hac in re tespondent *Val. Max. cit. loco*, *Plut. in comparat. Thesci & Romuli circa fin. L. B. & Lycurag & Nume. pag. 77, L. C. & in Quest. Rom. pag. 278. L. D.* ubi eundem illum vocat Sp. Carbilium.

*Rei uxoriae cautiones.* §. IX. Ab illo tempore secundum *Aul. Gell. mem. loco* rei uxoriae cautiones Romæ necessariæ visæ sunt; quippe tanta repudiandi licentia invaluit, ut levissimas ob causas à se invicem discederent, referentibus *Alex. ab Alex. cit. loco*, & *Val.*

Quam levem ob-

*Val. Max. lib. vi. cap. iii. num. x. & seqq.* Sulpicius Gallus uxori nuntium remisit, quod in velato capite foras prodierat. Q. Antistius uxorem suam, quod illam in publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat, dimisit. P. quoque Sempronius, quod ludos se ignorantie spectasset, repudium misit. Paulus Æmilius, castigantibus eum amicis, quod pudicæ Papyriæ, divitiis, pulchritudine que præditæ, uxori nuntium remisisset, pede porrecto dixisse fertur: *Hic quoque, ut testatur. Plut. in conjugal. precept. pag. 140.* L. A. calcens pulcer adspicere est ac novus, sed ne mos est, ubi me premat. C. Jul. Cæsar cum Pompeja in Corneliae locum ducta ob suspicionem adulterii, et si convicta non esset, divortium fecit. *Tranq. in ejus vita cap. vi.* Cate- Flaminis rum, quamquam effrenata illa repudiandi libertas adeo familiaris facta fuerit, tamen circa Flaminum matrimonia locum non habebat: *Illorum enim matrimonium nisi morte dirimus non est, ut loquitur Aul. Gell. lib. x. cap. xv.* & patet ex Festi verbis in voc. Flameo: *Flameo amicitur nubens omnis boni causa, quod co assidue uebatur Flaminica, id est, Flaminis uxor, cui non licebat facere divortium.*

§. X. Hæc admodum effusa divortiorum licentia viris per Mulieres longum temporis tractum tantum familiaris, tandem etiam divortium mulieribus ita frequentissima facta est, ut dicente Seneca lib. III. de benef. cap. XVI. non consulum numero, sed maritorum, annos suos computaverint. Unde etiam Juvenal. Sat. VI. vers. 228. & seq.

*Sic crescit numerus, sic fiunt octo mariti*  
*Quinque per autumnos.*

& Martial. Epigr. VI. Epigr. VII.

*Aut minus, aut certe non plus, tricesima lux est,*  
*Et nubit decimo jam Thelesma viro.*

§. XI. Irrepente jam magisque illa divortendi libertate, Modum Divortiis imposuisse Octavium, scribit Suet. in ejus vita cap. 35. in fin. quem tamen postea, cum Scriboniam ejus imponere morum perversitatem pertulit repudiaverit, non observat cceperunt Imperato- se, indicat idem in ejusdem vita cap. 62. Quem eundem modum postea etiam Tiberium restaurare voluisse, testis est.

*Idem in Tib. cap. 35. Alium, enim refert, & questura removit, quod uxorem pridie soritionem ductam, postridie repudiasse.* Quantum verò isto profecerint Imperatores ab Auctore non subjicitur. *Benza tamen in tract. de Repud. pag. 239. autumar, isto illud cautum fuisse, quod postea commemoravit Juriscons. Paulus in l. Nullum ff. de Div. & Rep. nempe, ut septem cives Romani puberes adhiberentur; de qua observatione inf. ad §. xiv. sed nudæ sunt conjecturæ, cum nihil certi isto de modo ab Auctoribus proditum est: at quidem, libidinem & licentiam illum evicisse, videmus, quò respxisse videtur Tertull. cum dicit in Apologet. cap. vi. Repudium vero jam & votum est, quasi matrimonii fructus.*

**Aliam di-**  
**vorticorum**  
**formam**  
**introduxit**  
**Christus.** §. XII. Non tamen, silentibus quamvis civilibus legibus, propterea etiam Divina lege istiusmodi repudiandi licentia concessa fuit. SERVATOR enim noster aliam circa divortia introduxit formam; quippe non tantum effrenem illam Ethnicorum tum maximè cognitam conjugii dissolvendi libertatem improbavit; verum etiam omnem Judæis à Mose in Deuteron. cap. 24. vers. i. datam permissionem abolevit, dum Moses iis illud non ex PRIMI & SUMMI LEGISLATORIS ius-  
su, quo vir & uxor in unam abirent carnem, & per conseq-  
quens nulla conjugii separatio interveniret, ut dictum sup. in  
§. v. h. cap. sed ob illorum cordium duritiem permiserit, ut  
patet ex narrationibus Matth. cap. v. vers. 32. & cap. xix.  
vers. 8. & seqq. Marc. cap. x. vers. 5. & seqq. Luc. XVI. 18.  
Paul. ad Rom. VII. 3. & i. ad Corinth. VII. 10. & seqq.  
Excipiuntur nihilominus duo casus apud Matth. dictis locis &  
Paul. d. I. ad Cor. vers. 15. de quibus infra ad §. XVI. in fin.

§. XIII. Cæterum non obstante illa lege præterlabentibus Quomodo diebus Imperatores Claudius Plautiam Urgulanillam & Asequenti. etiamsi liberos ex ipsis tulerint, & Domitianus bustem- poribus Domitiam Longinam Aelio Lamiæ nuptam repudiarunt, lex illa ob. teste Tranq. in Claud. cap. 26. & Domit. cap. x. Imminutaque in Romano orbe tam diu mansit libertas illa, donec Christiani Impp. Theodosius (scilicet i. sive Junior Arcadii ex Eudoxia filius, in lucem editus die Aprilis x. Anno Mundi MMMCCCL post u. c. MCLIII. post Christ. cdi, Fl. Fra-

Fravitta & Ragonio Vincentio Celso Coss. & ex luxatione <sup>Imp.</sup>  
 vertebræ dorsi, qnam in venatione equo delapsus acceperat, Theodosii  
 mortuus die **xxix.** Augusti A. Mundi **MMMMCCXCIX.** u. c. & Valenti-  
**MCCII.** Christi **CDL.** Imp. Placidio Valentianino **VII.** Gen-  
 nadioque Valerio Corvino Avieno Coss.) & Valentinianus <sup>Divortium</sup>  
 (nempe **III.** natus ex Constantio & Galla Placidia, Honorii <sup>cura; ac</sup>  
 forore, die **2. Julii** A. Mundi **MMMMCCCLXVIII.** ab u. c. **MCLXXI.**  
 post Chr. **CDXIX.** Fl. Monaxio & Fl. Plinthia Coss. jussu Anicii  
 Maximi in ultionem stupri uxori suæ ab eo illati in Campo Mar-  
 tio occisus A. Mundi **MMMMCDIV.** u. c. **MCCVII.** Chr. **CDLV.** Ipso  
**xii.** & Fl. Anthemio Coss.) cœperunt certas quasdam cau-  
 fas justi divortii colligere, ac de iis *constitutionem* facere **I. 8.**  
*c. de Repud.* Anno Chr. **CDXLIX.** Fl. Protogene & Turcio  
 Secundo Asterio Coss. ut patet ex subscriptione laud. I quod  
 tempus incidit in A. Mundi **MMMMCCCXCVIII.** u. c. **MCCI.** quā  
 de re satis locuples testis est *Seth. Calv. in op. suo Chronol. ad*  
*unumquemque mundi annum.* Quibus dictis causis Justinianus  
 tres alias in *Nov. XXII. cap. XVI.* addidit, quas unà cum illis  
 Theodosii & Valentiniani in *Nov. illa XXII. cap. XV. & XVI.*  
 congesit, ac plerasque ex iis improbans ad breviorem nume-  
 rum in Novell. constitut. **CXVII. cap. VIII. IX. & XII.** con-  
 traxit: quarum tamen duæ posteà à Leone Imp. revocatae  
 sunt in *Nov. XXX. & XXXI.* de quibus omnibus, postquam  
 dictum est, quomodo fieri divortium soleret, differendum erit  
 in *§. XVI.*

In divortiis faciendis priscis temporibus (cum nempe non ob Quo ritu  
 tam leves causas, uti posteà, fiebat) amicorum sententia de- <sup>divortium</sup>  
 siderabatur, unde *Aul. Gell. lib. XVII. Noct. Att. cap. fin. scri-* <sup>facere sunt</sup>  
*bit: Spurius Carvilius Ruga primus Roma de amicorum senten-* <sup>soliti Veter-</sup>  
*tia divortium cum uxore fecit.* Et *Val. Max. lib. II. cap. IX. Amicorum*  
*M. Valerius maximus & C. Junius Bubulcus Brutus censores* <sup>confilium.</sup>  
*L. Antonium senatu moverunt, quod, quam virginem in ma-*  
*trimonium duxerat, repudiasse nullo amicorum in consilium ad-*  
*hibito.* Idem ferè *Alex. ab Alex. lib. Genial. dier. IV. cap. Tabula-*  
*VIII.* Dein tabulæ, quibus scriptis nuptiæ firmabantur, dis- <sup>rum nu-</sup>  
 solvebantur. *Juvenal. Sat. IX. vers. 74. & seqq.* <sup>ptialium</sup>  
 ——— *Fugientem sape puellam* <sup>tabularum</sup> <sup>dissolutio.</sup>

## DISSERTATIO JURIDICA

*Amplexu rapui: tabulas quoque ruperat & jam  
Signabat: tota vix hoc ego nocte redemi  
Te plorante foris.*

**Septem te-** Tum maritus vel praesens, adhibitis septem testibus civibus  
**stium præ-** Romanis puberibus praeter libertum ejus, per quem divortium  
**ter liber-** faceret, l. 9. ff. de Div. & Rep. uxorem exturbabat ædibus,  
**tum præ-** quod indicant. *Non. Marcell. in voc. Faceſſere pag. 335.* At  
**ſentia.** aliquis uestrorum nuntiet Geminæ, ut res suas procuret, ædibus  
faceſſat. *M. Tull. in ſup. in § 3. b. cap. land. loco: claves ade-*  
*mit, forasque exegit.* Vel ablenti libellum mittebat repudii  
per nuntium vel aliquem è libertis, uti colligere eſt ex *Gaij*  
*Juris. l. 2. §. fin. ff. de Div. & Rep.* ubi dicit: *ſive autem ipſi*  
*preſenti renuntietur, ſive abſenti per eum, qui in potestate ejus*  
*ſit, cuiusve iſ, eave in potestate ſit, nihil intereſt.* & *Papiniani*  
*l. 7. ff. eod.* De quo *Juvenal. Sat. vi. vers. 145.*

*Collige ſarcinulas, dicet libeſtus, & exi.*

**Repudiatae** Exeunti, quæ prius uxor fuerat, reddebatur, quidquid in  
mulieri fe- mariti domum attulerat; ut ostendunt illa in rependiis teste  
cum allata Gajo in l. 2. §. 1. ff. de Div. & Rep. comprobata verba:  
in viri aedes TUAS RES TIBI HABETO; vel TUAS RES TIBI AGITO.  
reſtitue- Quæ etiam annotarunt Alex. ab Alex. d. loco, Apul. lib. v.  
bantur. *Metamorph.* pag. 170. cuius hæc ſunt verba: *Quo dolore ſta-*  
Verba in *timi ſomno recuſiſſus, ubi me ferro & igni conſpexit armatam,*  
Divortiis *tu quidem, inquit, ob iſtud tam dirum facinus, CONFESTIM*  
uſurpata. *TORO MEO DIVORTE, TIPIQUE RES TUAS HABETO.* Non.  
*Marcell. cit. mox ſup. in b. §. loco, & M. Tull. Cic. memor.*

*in §. 3. b. cap. Illam ſuam SUAS RES SIBI HABERE juſſit ſi-*  
*militerque Petron. in Satyrico pag. 87. vers. 14. Quoniam ſi-*  
*dem ſcelere violasti, & communem amicitiam, RES TUAS OCIOUS*

**Claves adi-** *TOLLE.* Claves insuper uoxi in mariti domum ingressæ com-  
mebantur. missæ adminebantur; unde *Idem Tull. in d. loco ad vete-*  
**Bona vel** rem illum divertendi morem alludens progreditur: *Claves*  
**Mala gra-** *admit.*

**tia dirime-** §. XV. Prætereà diſſolvebantur olim matrimonium vel  
bantur mutuo conſenſu, uti conſlat ex *constitutione Imp. Anafasii l. IX.*  
**connubia.** c. de *Repud.* quæ veteres BONA GRATIA fieri dicebant, quod  
conſitentur etiam *Imp. ipsi Justinianus in Nov. XXII. cap. IV.*

&

& *Justinus Secundus* in *Nov. 140. pr.* Sed *Hic libertatem illam, nisi castitatis concupiscentia hoc fiat*, sustulit per illam ex *Nov. 117. cap. x.* desumptam *Auct. Quod hodie c. de Repud.* quam *Ille postea in d. Nov. 140. cap. i.* reduxit. *Vcl invita altera parte ob culpam vel causam; quæ MALA GRATIA fieri dicebantur.*

§. XVI. Causæ divortii ex vetustissimo & novo non adeò <sup>Divortii</sup> quam ex medio jure multifariæ erant. Ex lege enim Ro. <sup>causæ.</sup> muli secundum *Plut. in Romulo pag. 31. L. F. tres, Vene-* <sup>Ex Romu-</sup> *ficio sublati liberis, subdito partu, & adulterio admisso: at juxta* *Alex. ab Alex. laud. loco erant quatuor: Si in adulterio, ve-* *neficio, clavium adulteratione uxor deprehensa aut temulenta à* *viro inventa fuisset. Quod mirum non est: vini enim usum* *olim Romanis faminis ignotum fuisse, ne scilicet in aliquod de-* *decus prolaberentur, scribit Val. Max. d. lib. 2. c. 1. n. v. quia,* addit, proximus à Libero Patre intemperantia gradus ad incon-cessam Venerem esse consuevit. M. Cato apud Gell. lib. x cap. xxiii. similiter referens dicit, non solum existimat, sed multatas quoque à judice mulieres non minus, si vinum in se, quam si probrum & adulterium admississent. *Dionys. Halicarnass. lib. 2. Antiq. Rom. pag. 96. pr.* tradit, Romulum censuisse in sua lege, pudicitia violationem, & si deprehensa esset mulier, bibisse vi-num, omnium muliebrium delictorum esse maxima. Satis justa etiam apud Veteres, & quidem liberæ Reipublicae diebus, maritis erat divortendi causa sterilitas, ut docet nos il- lud. Sp. Carvillii Rugae exemplum *sup. in §. viii. h. cap. me-* moratum. Cujus etiam fit mentio in *I. Vitricus 60. §. 1. ff. de* donat. int. vir. & ux. Verum ex *Imp. Theodosii & Valentinianni* <sup>Causæ ex-</sup> *in §. h. c. xiii. allegata constitutione, xiv.* pro mulieribus <sup>lege,</sup> totidemque viris causas introductas esse, videmus. Si igitur <sup>Theod. &</sup> mulier inveniat, probareque posset, maritum vel esse <sup>Valent.</sup> Imp.   
I. Adulterum.  
II. Homicidam.  
III. Veneficum.  
IV. Molientem contra imperium.  
V. Crimine falsi damnatum.  
VI. Sepulchrorum dissolutorem.

46 DISSERTATIO JURIDICA

- VII. Sacrilegum.
- VIII. Latronem.
- IX. Latronum susceptorem.
- X. Abactorem.
- XI. Plagiarium.
- XII. Cum impudicis mulieribus ipsa inspiciente cœtum ineuntem.
- XIII. Vitæ suæ quovis modo insidiantem.
- XIV. Verberibus super ea utentem.
- a conjugali fœdere impunè recedere potest: quod viro similiiter licitum est, si illa vel sit

Causæ vi-  
ris tribu-  
tac.

- I. Adultera.
- II. Venefica.
- III. Homicida.
- IV. Plagiaria.
- V. Sepulchrorum violatrix.
- VI. Sacrilega.
- VII. Latronum fautrix.
- VIII. Si viro ignorantе vel nolente extraneorum virorum convivia appetierit.
- IX. Si eo invito sine justa causa foris pernoctaverit.
- X. Si eo prohibente ludis spectaculisve inhæserit.
- XI. Si ejus vitæ veneno, gladio, aliove modo insidiata sit.

XII. Si contra imperium quid cogitantibus conscientia sit.

XIII. Si illam falsi criminis immiscentem inveniat.

XIV. Si manus audaces sibi probaverit ingerentem.

Tres à Ju-  
stiniano ad-  
Quibus Imp. Justinianus, postquam illas in *Novella sua Conf.*  
stinentia. XXII. cap. xv. recensuerit, tres has sequentes in cap. seq. ejus-  
dem Nov. adjunxit:

- I. Si mulier mariti odio partum abegerit.
- II. Si cum aliis viris voluptatis causa lassetur.
- III. Si uxor superstite adhuc marito de contrahendis nu-  
ptiis cum alio egerit.

Causæ à Verum idem Imperator illas plurimas esse perspiciens qua-  
Justiniano dam ex iis ad solvendas nuptias ipsi indignas visas abscedit,  
maritis maritisque has sequentes octo in l. 10. C. de Repud. Nov.  
permissee. XXII. capp.

I N A U G U R A L I S. 47

**XXII.** *capp. V. VI. VII. & Nov. CXVII. capp. VIII. IX. & XII.*  
expressas concessit causas:

I. Si mulier contra imperium machinantibus conscientia sit,  
viroque non indicaverit.

II. Si uxorem adulterii accusaverit, ac istiusmodi accusa-  
tionem veram esse ostenderit.

III. Si quolibet modo viri vitæ insidiata sit, aut insidian-  
tes sciens marito non indicaverit.

IV. Si cum aliis maritis ignorante eo convivatur, aut cum  
eis lavat.

V. Si apud alios quam proprios parentes sine ipsius voluntate  
foris pernoctaverit.

VI. Si marito inscio vel prohibente ludis spectaculisve in-  
hæserit.

VII. Si maritus monachismum profiteri desideret.

VIII. Uxor quinquennii captivitas, & de vita captivæ  
summa incertitudo.

Nec leviorem mulieribus attribuit numerum, quod illæ, Causæ mu-  
lieribus  
concessæ  
quæ sequuntur, tanquam testes nobis declarant:

I. Si contra imperium aut vir ipse aliquid cogitaverit, aut  
cogitantibus conscientis non indicaverit imperio, aut per se,  
aut quamcunque personam.

II. Si uxorit vitæ maritus quoque modo insidiatus sit,  
aut insidiari volentes sciens non indicaverit, nec ulcisci fe-  
cundum leges statuerit.

III. Si uxorit castitati insidiatus, aliis etiam eam adulter-  
randam tradere tentaverit.

IV. Si vir falso uxorem adulterii accusaverit.

V. Si maritus cum aliis mulieribus in sua domo luxuriosè  
vivens à muliere inveniatur; aut alio in loco talem vitam de-  
gere convictus, ac semel & secundò sive per sños parentes,  
vel per mulieres, vel per alias fide dignas personas culpatus il-  
lum vivendi morem non repudiaverit.

VI. Si vir per tres annos continuos ab initio matrimonii  
computandos, illa, quæ viris à natura data sunt, agere non  
potuerit.

VII. Si sanguinoniam eligat vitam.

VIII. Si

VIII. Si vir per quinque annorum decursum in captivitate fuerit, planeque incertum sit, utrum in vita supersit, nec ne.

Quarum postremam Leo ad imperium evectus è numero sustulit, vetuitque, ullo modo contrahatur matrimonium; nisi plane certum mariti vel uxoris mortis nuntium vir aut uxor acceperit, uti constat ex ipsis Constitut. XXXIII. restituitque per Constitut. XXX. & XXXI. primam & tertiam ex istis Justiniani tribus, in §§. XIIII. Et hoc sup. b. c. prædictis, Theodosii & Valentiniani causis adjectis, ac deinde in Nov. CXVII. & ap. VIII. & IX. prætermis. Cæterum jus divinum duas tantum agnoscit causas, adulterium & malitiosam desertionem, ut videre est apud Matth. Et Paul. in Sup. in §. XII. b. C. laudatis locis.

An ob furorem dirimitur matrimonium.

§. XVII. Cæterum inferri posset, an etiam furor matrimonium rectè contractum impedit? Respondendum esse videtur cum JCTis Ulpiano in l. 8. ff. de his, qui sui vel alieni jur. & Paulo in l. 16 §. 2. ff. de Rit. Nupt. quod non: Furor enim, dicit Paulus, contrahi matrimonium non finit: quia consensu opus est: sed recte contractum non impedit. Quod tamen contradicitur à Juliano, uti refert Ulpianus in responso suo ad Sabinum l. 4. ff. de Div. Et Rep. Julianus, ait Jurecons. libro octavo decimo digestorum quarit, an furiosa repudium mittere, vel repudiari posset: Et scribit suriosam repudiari posse; quia ignorantis loco habetur. Repudiare autem non posse propter dementiam. Verum ne inter duas istas ll. antinomia esse videatur, nobis cum ipso Ulpiano in l. 22. §. 7. ff. sol. mair. distinguendum erit inter furorem intervalla habentem, ac proinde tolerabilem, & inter furorem ferocem & insanabilem. In priori casu matrimonii diremptionem non admittit JCTus, nitens hoc argumento: Quid enim tam humum est, quam fortuitis casibus mulieris maritum, vel uxorem viri participem esse? In altero concedit, duas scilicet ob has rationes: vel quod altera persona ob furoris sevitiam cum altera versari. Quam diu non posset: vel quia liberos non habeat, procreandæ sobolii cupidine teneatur. At Leo Imp. in Nov. CXI & XII. in eandem scribit sententiam, quod maritus, si non suo, nec eo conscio ipsius familiarium, aliorumve quorumlibet dolo, uxor in furorem versata

versa sit, ob triennalem furorem connubium dissolvere posset. *Ubi enim*, inquit Imperator, *approbetur, ubi rationi consentaneum*, aut matrimonialis convictus soliciudine dignus videatur, ut per totam vitam maritus insaniens uxori allegetur, ejusque fœditatibus conficiatur? Si enim nullus adeò traculentus est, ut vel momento quemquam cum feris in eundem locum includere sustineat, quo modo legis benignitate prædicta illa lex (nempe d. 8. de his, qui sui, sive potius l. 16. ff. de R. N.) que perpetuo efferata furore conjugi cohabitare maritum jubet? Sed, sibi objiciendo procedit Imperator, per conjugium, inquiunt, in unum corpus coierunt, oporetque membrum alterum alterius morbos perpeti: Et divinum præceptum est, **QUOS DEUS JUNXERIT, NE SEPARANTUR.** Præclaræ quidem hac & divina, profitetur ipse Imp. in solvendo objectionem illam, utpote qua à Deo pronuntiata sint: *Verum non recte, nequè secundum divinum propositum hic in medium adferuntur.* Si enim matrimonium talē statum conservaret, qualem ejus in principio Pronuba exhibuisset, quisquis separaret. *Improbè profecto* esset, neque reprehensionem effugeret. *Fam vero quum præ furore ne vocem quidem humanam à muliere audias, nedum aliud quidquid eorum, qua ad oblectamenum & hilaritatem matrimonium largitur,* ab illa obtineas, quis adeò acerbū horrendumque matrimonium dītimere nolit? Ea propter sancimus, ut si quando post initum matrimonium mulier in furorem incidat, ad tres annos infortunium maritus ferat, mœstiamque toleret; & nisi interea temporis ab isto malo illa liberetur, neque ad mentem redeat, iunc matrimonium divellatur, mariusque ab intolerabili illa calamitate exoneretur. Mulieribus Per quot  
anno  
mū  
li  
er  
mar  
iti  
furo  
rem  
tol  
era  
de  
bet.  
verò, si maritus initio matrimonio furore corripiatur, ac intra quinque annorum spatiū ad pristinum sanæ mentis statum non revertatur, impunè à viro recedere permisit Idem Imperator, persuasus hoc argumento: *Quomodo, cum matrimonii præcipuum sit, ut contrahatur cum utriusque conjugis commodo, quispiam effet mortalium, qui ne id ab initio tanquam inutile consistat suaderet, etiam non, si, postquam initum esset, eadem calamitas existat, ejus compagem tanquam inutilem disuaderet?* Hinc argumentatur porrò: *An operam dari opertet, ne quis omnino in mali cuiusquam periculum incidat: Qui verò jam incidenterit, hic sine omni ope relinquendus, ipsiusque calamitatum non min-*

50 DISSE<sup>T</sup>AT<sup>O</sup> JURIDICA:

serescendum est? Cujus objectionis response<sup>n</sup>em mox subne<sup>c</sup>tit Idem Leo, cum dicit, *Quod illud perinde sit, atque si quis priusquam morbo quispiam corripiatur, adhibendum remedium extimet; at jam corruptum negato remedio mori sinat. Sancimus itaque, loquitur Leo, ut si furor post initum matrimonium superveniat, ne intra quinque annos conjuges disjungantur. Etenim quemadmodum quando per omnem vitam furor duraret, nec tamen matrimonium dirimi posset, id durum & iscerbum esse, visum est: ita tanto tempore expectare & perseverare necesse est. At si, postquam tantum temporis decurrerit, malum se non remiserit, neque furiosus respuerit, cum neuiriis commodo aut incommodo conjugium dirimatur.*

Metus.

§. XVIII. Item queri posset, an aliquis, qui metu ad contrahenda Sponsalia perductus & postea nihilominus liberto consensu matrimonium perfecerit, ad conjugii diremptionem recte intendere posset? Resp. quod non; quippe metus libero subsecuto consensu purgatus censetur, ut declarant *Vtheod. Beza in tr. de Repud. pag. 87. Wesenb. ad tit. de Rit. Nupt. §. ult. Christen. in diff. de Rep. Quast. vi.*

Vetus de  
moribus  
actio.

§. XIX. Olim cum certae non erant Repudiorum causæ, actio erat de moribus penal<sup>s</sup>. *I. de moribus cod. Theod. de dotib. I. 5. ff. de parr. dotal. I. 39. ff. Sol. matr. quæ dabatur ex arbitrio & disquisitione judicium contra eum, qui separationi causam dedisse videatur. I. xi. §. fin. ff. ad I. 7. ful. de adult. I. 8. in fin. ff. de capt. & postlim. non vero hæredi, nec contra hæredem. I. 15. §. 1. & 2. ff. sol. matr. d. I. 1. C. Theod. ad id, ut, si malis mulieris moribus accidisset, portiones quasdam ex dote exigat maritus; si viri contigisset, dotem repræsentet vir cum fructibus quadriennii, vel reddat sexto mense à die repudii, teste *Ulpiano in fragm. t. 6. §. xiii.* Verum hac occasione observandum est, magnam fuisse differentiam inter *mores maiores*, ut *adulteria*, & *leviores*, quales erant *omnes reliqui*: Nam propter *majores mores* dotem cum dictis fructibus præsentem; propter *minores senum mensum* die reddere debebat maritus, auctore *Ulpiano xii. & cit. §. land. iu. vi.* Cæterum cum Divortiorum causæ erant certæ, sufficiebantque poenæ injusti repudii in *I. 8. C. de Repud. comprehensæ*, suffulit*

Eius subla-  
tio.

stulit illam de moribus actionem *Justinianus Imp. in l. xi. §. 2. vers. 7. Judicio.*

§. XX. Divortii sine justa causa facti poena fuit varia: ex *Rom. Repudii*  
li enim *institutione* mariti bona ad uxorem devolvebantur, refe-  
rente *Alex. ab Alex. sapis land. lib. iv. cap. viii. vel ut *Plut. in Ro-** poena va-  
*mulo pag. 32. L. A. placet*, partim Cereri consecrabantur, partim Romuli  
uxori adjudicabantur. Ex *predicta in §. b. cap. xiii. Impp. Theodosii Impp.*  
*& Valentiniani constitutione l. i. §. 4. 5. & 7. C. de Repud.* Mulier sine *Theodosii*  
justa & probabili causa à marito Divortens perdebat dotem at-*& Valenti-*  
que nuptialis lucra, quæ maritus servare tenebatur liberis ex  
conjugio superstitibus, & intra quinquennium nubendi alii non  
habeat denuò potestatem. ex *l. i. & 2. C. Theod.* etiam deporta-  
batur, omniaquæ sua deponere debebat in domo mariti, us-  
que ad aciculam capitis, hoc est, dicit *Jacob. Cujac. ad Nov.*  
22. acum crinalem. Vir verò ita discedens, amittebat do-  
nationem propter nuptias & dotem redhibere cogebatur. Ve-  
rum quid fiet, inquires, si nulla dos, nullaque idè donatio  
propter nuptias in contrahendo matrimonio intervenerit?  
Resp. juxta *Justiniani constitutionem l. xi. pr. C. de Repud.* quod  
maritus, si ipius culpa fiat, teneatur dare quartam partem bo-  
norum suorum, modò ea pars non excedat centum libras au-  
ri, quæ servanda est liberis ex eo matrimonio ad similitudi-  
nem dotis & propter nuptias donationis. Mulier si causam  
præbeat, quadrantem præstat bonorum suorum communibus  
liberis æque servandum. Quod autem jus *legis octava* per No-  
ellas non nihil mutatum est: Mulier enim si sine causa re-  
pudium miserit, ab aliis nuptiis per omnes vitæ dies sese ab-  
stinere jubetur, & in monasterium conjicxitur: Si maritus  
autem causam discidio præbuerit, uxori dotem unà cum  
sponsalitia largitate reddere, & tantum ex aliis ejus faculta-  
tibus, quantum faciat tertia pars antenuptialis largitatis,  
præbere debet; ita tamen, ut mulier filiis existentibus  
usum tantum habeat & ante nuptialis donationis, & tertiae  
istius datæ partis; proprietatem verò filiis conservet; filiis  
autem non superstitibus super usum etiam habeat rerum pro-  
prietatem *Nov. cxvii. cap. xiii.* Hodie mariti & mulieris  
poena communis est, ut, si absque justa causa diuorcent, in

52 DISSERTATIO JURIDICA &c.

monasterium detrudantur : *In delicto enim aequali similes eis imminere pœnas, justum esse putat Imp. Justinianus in Nov. CXXVII. cap. iv. adde Nov. CXXXIV. cap. xi.*

*Canorum  
separatio  
thori &  
meniae.*

§ XXI. Canones cum noluerunt, matrimonium, quod ab initio recte est contractum, & perfectum, consummatumque concubitu, quem carnalem illi vocant *copulam*, dissolvi, introduxerunt quandam viri & mulieris divulsionem particularē, quam dicunt *separationem thori & mensae*, quam permittunt ob unam stupri causam cap. 2. de conjug. leprosor. caus. 32. Quæst. 1. cap. Dixit Dominus. Cessante vero coitu ob naturale impedimentum, medicorum arte inseparabile, matrimonium dirimitur. cap. ex litteris. III. de *Quam val-* frigid. & malificat. Cæterum illa thori & mensae separatio dè differt à planè legibus civilibus est incognita, multumque differt à di- vero di- vortio. *Divortium*, enim ait Paulus in sup. in §. IV. b. cap. d. l. 3. non est verum, nisi quod sit animo perpetuam constituendi dissensionem ; ita ut nulla ulterioris cohabitationis spes super- stes maneat : at illa thori & mensae separatio tantum dome- stica est segregatio, quæ fit ad certum tempus, retenta spe futurae reconciliationis. Præterea divortium præbet facultatem novum contrahendi conjugium : at disce- dentibus à thoro & mensa minimè illud conceditur.

A D J U N C T A.

- I. Res immobiles deponi non possant. II. Mandator vulneris tenetur de code. III. Salmasii sententia, quod circa mu- tuum non fiat alienatio, non procedit. IV. Remedium l. 2. C. de rescind. vend. locum non obtinet in transactionibus. V. Pinelli, Donelli & Fachin. opinio, dictum nempe re- medium vires operari circa eos, qui scientes rem non esse tan- ti valoris emerant, non est admittenda. VI. Quatuordecim exhortationis causae in Nov. cxv. cap. III. expressæ ad similes vel graviores non possunt extendi. VII. Fabri con- jectura, quod querela inofficiosi testamenti sit actio popularis, est rejicienda. VIII. Nullæ dantur actiones per se & ex sua origine mixtae.

F I N I S.